ministratio. Si insanus: trutinatur perpenditq; verba legis decēuiralis. propria & significantia: quæ curatorem dat furioso: non autem stulto tanq; insanire minus sit: q̄ furere: possitq; insanus tueri mediocriter vsitatū vitæ cultū cum id furiosus facere non possit: cuius mens penitus obcecata: & ab omni ratione deuia esse creditur. Mediocritatem officiorum signate locutus: mediocritas enim officiorum esse pōt in insipiente: perfectio non potest: quę pertinet ad sanum & sapientem: Duplex enim est officium: alterum perfectum: quod græci catorthoma vocant: quod & omnis numeros virtutis continet alterum est officium q̄d medium dicitur ptinēs ad institutionem vitæ communis. Cato apud Ciceronem ait in tertio de finibus quod ratione actū sit id officium appellamus: id autem nec ī bonis ponit nec in malis: sed in mediis rebus ī eodem loco ostēdit idem Cato tam insipientem q̄ sapientem sumpturum quæ secundum naturam sint reiecturumq; cōtraria: ita est quodam cōmune officium sapientis & insipientis: ex quo efficitur versari ī his quę media dicamus. Itē. M. Tullius in quarto ait media officia cadere in nonnullos insipientes posse. Q. atherius quod scitu dignum est: cum olim defenderet reum libertinum cui obiiciebatur q̄d patroni concubinus fulsset hac defensione vsus esse fertur impudicitia in ingenuo crimen est. In seruo necessitas: in liberto officium: ex eo impudici & obsceni aliquādiu officiosi vocitati sunt non silice nati: nunc vt Platonicus peripateticusq; loquitur mox vt stoicus Platonici enī & peripatetici non tollunt affectus sed temperant: stoici radicitus euellūt apathiam suam comprobantes & ita homines disciplina stoica cōstituit saxeos plane & stupentes ipenitusq; ab hominis natura descisentes. Augustinus dā nat hunc stuporem stoicorum. In decimo quarto: & in. xviii. de ciuitate dei. Crantor de academia: fuit hic auditor Xenocratis Platonis discipuli cōdiscipulus polemonis: qui nonis opinionibus vtait Eusebius in. xiiii. præoratio nis euangelicę. Academiam Platonicam repleuerunt: scripsit Crantor librū de cōsolatione: quem vt supra diximus. M. Tullius emulatus est: perit aquæ intercutis morbo. Nescio quam indolentiam: stoici: laudant apathiam: idest vt sæpe dictum est impassibilitatem. Hieronymus philosophus rhodius summum bonum statuit esse vacuitatem doloris quam græcę dicit αναλγησιαν Cicero appellat indolētiam: estq; id vocabulum Ciceronis: sicut etiam essen

Mēs furiosi auia a ratione.

Duplex officium.

Cathortho ma.

Mediū officium.

Officiosi impudici.

Apathia stoicorum.

Stupor stoicis.

Crantor.

Mors crantoris.

Analgisia Indolētia.

Essentia.

UVA. BHSC. IyR_246

tia: si credimus sidonio appollinari: sic scribēti in epistola quadam: lecturus es hic etiam nouum verbum id est essentiam: sed scias hoc ipsum dixisse Ciceronem: qui essentiam & indolentiam nominauit: addens: licet enim nouis rebus noua nomina imponere. Marcus Tullius in secundo de finibus: num prope idem voluptas est: quod vt ita dicam indolentia. Contra hanc indolētiam & apathiam sic icorū he rodes atticus vir doctissimus disserit eleganter & copiose apud Au. Gellium: libro noctium atticarum duodeuigesimo: in ea dissertatione ostendit: q̄ nullus vsq̄ homo qui secundum naturam sentiret & saperet: affectiōibus istis animi: quas pathi. i. passiones appellant egritudinis: cupiditatis timoris iræ voluptatis: carere & vacare totis: posset: & omnino non dolere: immo etiam si posset obniti: vt totis careret: non ex re id esset melius: quoniam langueret animus & torperet affectionum quarundam adminiculis vt necessario plurimū imperio priuatus: dicedat enim istos motus: animi implicatos eē & innexos vigoribus quibusdam mentium & alacritatibus: ac propterea si omnino eos conuellamus periculum esse ne eis adherentes bonas quoq̄ & vtiles animi indoles amittamus: moderandos esse igitur & scite consideratecq̄ purgandos censebat: vt ea: quę cum pernicie agnata sunt detrahātur: in hāc sententiā scribunt peripatetici & academici veteres: in hanc ecclesiasticī scriptores. Augustinus. Hieronymus: Lactantius: a quibus concorditer damnatur hęc stoicorum aphathia. cuius sectatores: dū se intrepidos esse & immobiles volunt dum nihil cupiunt: nihil dolent: nihil irascuntur: nihil gaudēt: in torpore ignauæ & quasi scilicet vitæ consenescūt. Merito itaq̄ crātor academicus taxat in dolentiam quæ esse nullo modo potest: nisi plane hominē saxeum esse velimus & omni penitus sensu carentem. Immanitatis in animo: Augustinus meminit horum verborum huiusq̄ sententiæ: cum scribēs aduersus apathiam stoicorum: quam ipse impassibilem interpretatur: sic inquit in. xiiii. de ciuitate dei. Nam omnino non dolore dum sumus in hoc loco miseriæ sicut quidam etiam apud seculi huius litteratos sentit & dixit nō sine magna mercede contingit immanitatis in animo stuporis in corpore: idem. Mar. Cicero i quarto de finibus dat stoicis immanitatem verborum. Stuporis: græci narcin vocant stuporem: vnde narcissus flos dictus quia ille qui in nostra Academia imprimis fuit nobilis minime inquit assētior his qui istam nescio quā indolentiam magnopere laudāt: quę nec potest vlla esse nec debet: nec egroto etiam nisi is qui fuerat sensus assit: siue secetur quid siue euellatur a corpore. Nam istud nihil dolere nō sine magna mercede cōtigit immanitatis in animo: stuporis in corpore. Sed videamus ne hæc oratio sit hominum assentantium nostre imbecillitati & indulgentium mollitudini. Nos autem non solum audeamus ra-

Contra apathiam

Nō cōuellēdos motus animi sed tēperādos. Indolētia. esse nō pōt.

Narce. Narcissus.

UVA. BHSC. IyR_246

put grauat: non autem a fabuloso illo puero. Medici. Narcotica appellant medicamenta: quibus stupor conciliatur ac torpor aduersus sensum doloris: & cruciatum sectionis. Sed videamus: hactenus erantor: nūc Cicero tanq̄ stoicus censet amputandos esse non solum ramos: sed minimas etiam fibras: radiculasq̄ perturbationē euellendas: quod & Seneca stoicę sectæ sectator stoi

Narcotica

Seneca Stoicus.

mos amputare miseriarum sed omnes radicum fibras euellere tamen aliquid relinquetur fortasse: ita sunt stirpes stultitiæ alte. sed reliquitur id solum quod erit necessarium. Illud quidem sic habeto nisi sanatus sit aīus quod sine philosophia fieri nō potest. nullum fore finem miseriarum. Quāobrē quoniam incepimus tradamus nos ei curādos. sanabimur si volemus: & progrediar quidem id lōgius. Nō enim de egritudine solum quamquam quidem primū sed de omni animi vt ego posui pturbatione & morbo vt greci volunt explicabo. Et primo si placet Stoycorū more agamus. qui breuiter pstringere solēt argumēta. Deīde nro istituto vagabimur q̄

corum propugnator accerrimus: vehementer contendit: alacriterq̄ defendit pluribus in locis: qui quadam ad Lucillū epistola sic scribit. Vtrū satius sic modicos habere affectus an nullos sępe quę ītū est nostri illos expellunt: peripatetici tēperant: ego nō video quo modo salubris esse aut vtilis possit vlla mediocritas morbi. Qui foris est argumentatur ex formula stoicorū strictum et breuiter nō cadere in sapientem egritudinem: stoicorum: stoicorū enī breuia et acuta argumēta sūt: ex quo genere sūt sorite chrysippei hoc est acerui siue aceruales: ita enim dicuntur argumēta: quibus chrysippus stoicorū maximus vtebatur sed in longum adeo per sequę as producebat: vt vix vnq̄ sisteret gradum: vixq̄ vnq̄ terminum imponeret et finem. Sorites est ille: quod bonum sit id esse optabile: quod optabile expetendum: quod expetēdum laudabile honestum: et alii sunt gradus: ad soritas

Sorites acerus.

Acerualis

Actualis

Exemplum actui.

Locus pīi.

chrysippi. i. aceruos referēdus est intellectus nouissimi carminis persiani: inuentus chrysippe tui finitor acerui: quod a nobis in appendicula Suetonii cōmētariorū fuse copioseq̄ explicatū est: Ex hoc genere argumētorū est illud quoq̄: q prudēs est tēperās est: qui tēperās est cōstās est: q cōstans est imperturbatus est: qui imperturbatus est sine tristitia est: q sine tristitia est beatus est: Ergo prudens beatus est: Sorites. idest aceruus quoin pręsentia vtitur. Marc. Tullius sic producitur: q fortis est fidēs est q fidens est nō timet: q sine timore ē egritudīe nō perturbatur: quoniā timori repugnat egritudo: Repugnat. n. timorē eē et egritudinē nō eē sicut repugnātia sūt apd dialeticos diē eē et lucē nō esse: sup quo Boe. subtiliter disserit i ōrto cōmētario topicorū. Confidēs in vitio: ait Terentius in phormione: est parasitus quidam phromio ho

Repugnantia.

UVA. BHSC. IyR_246

Cõfidẽs in vitio.

mo confidens: qui dii omnes illum perdant vbi exposuit: donatus fidus interpres: confidentem pro improbo audaci ac temerario poni. Consimiliter apud Virgilium. Confidentissimus nomen est vitii. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras iussit adire domos. Item pacuuius: improbus confidens nequam malus videatur.

Cõfidẽtia.

Confidentia temeritatem significat & audaciam: confidere honestum verbum est: & cum laude dicitur Mar. Tullius. in tertio de legibus vir excellẽs & fortis confidere sibi debet & suę vitæ & actæ & consequenti.

Fidens.

Fidens vero & fidentia ĩ laude ponuntur. Dixit. M. Tullius in. ii. rhetoricorum fidẽtiam partem esse fortitudinis per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit. Rerum præsentia. Egritudo est tristicia mali præsentis timor impendẽtis: & futuri de qbus mox plura. Vt seruiat: Oratius in epistolis: qui metuens viuit liber mihi non erit vnq̃. Tot homines dominis seruiunt quot perturbationibus distrahuntur: imperat libido. Imperat timor egritudo. Et cæteræ animi labes imperio sissimæ domine sunt. Ignauiam: corporem & segnitiem verbum vetus est ignauit pro ignauum fecit. Et ignauiter pro ignaue: apud antiquos nauus dicebatur celer ac strenuus a nauiũ celeritate. Oratius. Nauus mane forum: vespertinus pete tectum: præpositio in vt docet. M. Tullius in oratore. Præponi capta est noris nauis & naris: vnde dicti ignoti. Ignaui: ignari: qđ dulcius visum est q̃ vt veritas postulabat. Nunq̃ est igitur perturbatus: huic collectioni stoicorum hoc modo

Fidentia.

Ignauit.

Ignauiter.

Nauus

Ignauus.

fortis est idem est fidens: quoniam cõfidens mala consuetudine loquendi in vitio ponit ductum verbum a confidẽdo quod laudis est: qui autem est fidens: iis profecto nõ extimescit. discrepat enim a timendo confidere: atqui in quem cadit ægritudo in eundem timor: quarum enim rerum præsentia sumus in ægritudine easdem impendentes & venientes timemus. Ita fit vt formidini ægritudo repugnet. Verisimile est igitur in quem cadit ægritudo: in eũ dem cadere timorem: & in fractionem quandam animi & demissionem quæ in quem cadunt: in eundem cadit vt seruiat vt dictum se quãdocunq; esse fateatur. Quæ qui recipit: recipiat idem necesse est timiditatem & ignauiam: nõ cadunt autem hæc in virum fortem: igitur ne ægritudo quidem. Ac nemo sapiens: nisi fortis: non cadet ergo in sapientem ęgritudo. Pręterea necesse est qui fortis sit eundem esse magni animi qui magni animi sit inuictum qui inuictus sit eũ humanas res despiceret atq;

UVA. BHSC. IyR_246

peripatetici respondent: vt imperturbatum sic interpretentur: tanq̃ imperturbatus dicatur sapientis animus: qui raro pturbatur & modice: non q nũq̃ Item sine tristicia cum dici aiunt: qui nõ est obnoxius tristiciæ: nec frequẽs nimuisce in hoc vitio: tanquam illud sit humanã vitam negare: alicuius animum immunem esse a tristicia & perturbatione. Sapientem non vinci mero re cæterum tangi: & cætera ī hunc modum sue sectæ respõdentia: quæ non tollit affectus sed temperat. Scitum est illud peripateticorum: oppido q̃ elegans. Sic sapiens imperturbatus dicitur: quomodo apyrina dicuntur mala punica: non quibus nulla duritia est granorum sed quibus minor. Qui sit temperans lõgo hyperbato: ita ordinãdus est textus qui sit temperans & vt infra repetitur. qui sit frugi: eum necesse est esse constãtem: reliqua dicuntur p quandam quasi interpositionem: est autem sensus ductus ex argumentatione stoicorum: & acerno chrysippi p collectiones consectarias temperantem vacuum esse egritudine: est autem temperantia vna ex q̃ttuor virtutibus q̃s cardinales vocant: quæ ita diffinitur Rationis in libidinem dominatio vel continens moderatio cupiditatum: cuius partes sunt continentia: clementia: modestia. Aristoteles ī tertio ethicorum ait temperantiam existere circa voluptates corporis: bestias circa voluptates corporis: bestias neq̃ temperantes dicimur neq̃ intemperantes nisi per similitudinem. Temperãtia vt inquit Seneca voluptatibus imperat: alias odit atq̃ abigit: alias dispensat & ad sanum modum redigit: græco sermone appellatur σωφροσυνη

Impturbat

Apyrina.

Tẽperãtia. Partes tẽperantię.

infra se positas arbitrari. De spicere autem nemo potest eas res propter quas ægritudine affici potest: nisi fortis. ex quo efficitur fortem virum ægritudine nunquam affici omnes sapientes fortes. Non cadit igitur in sapientem egritudo. Et quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus ad suũ munus fungendum & reliquæ partes totumue corpus cum astatu est motum officio suo & muneri deest: sic conturbatus animus non est aptus ad exequẽdum munus suum. Munus autem animi est ratione beneviti. Et sapientis animus ita semper affectus est: vt ratione optime vtatur: nunquam est igitur perturbatus. At ægritudo perturbatio est animi: semper igitur ea sapiens vocabit Verisimile etiam illud est qui sit temperans: quem græci sophrona appellant: eamq; virtutem σωφροσυνη vocant/ quã soleo equidem tum temperantiam tũ moderationem appellare/ nonnũq̃ etiã molestiam/ sed haud scio an recte eavir

UVA. BHSC. IyR_246

Sephron. Phroneſis. Neqtia mater vitiorū. Frugalitas matervirtutum. Frugies. Frumen. Frugi dicē dum nō frugalis. Frugaliſſimus.

& temperans σωφρων. quoniam vt interpretatur Plato in cratilo ſalus & cō ſeruatio eſt phroneſeos. i. prudentiæ. Frugalitas: ſicut nequitia mater vitiorum omnium eſt ita frugalitas mater cunctarum virtutum: & ſicut illa nihilo. i. ſterilitate: ſic hæc a fruge. i. a fructu propter quandam animorum fecunditatem eſt nominata: vt docet Auguſtinus in libro de vita beata: & Mar. Tullius in oratione pro deiotato ego inquit frugalitatem id eſt modeſtiam & temperantiam virtutem maximam eſſe iudico: non poteſt vt elegãter & vere ſcribit Seneca ſtudium ſalutare fieri ſine frugalitatis cura: frugalitas autem paupertas voluntaria eſt Frugi homines: dixit Terentius in eunucho frugies. i. vt exponit Donatus vtilis & neceſſarius a frugibus: quæ qđ his fruamur dictę ſunt: Inde fructus & frumenta. Frui autem eſt veſci a frumine: quæ eſt ſumma pars gulæ: p quã cibum lingua demittit in vẽtrem: eſt autem id nomẽ frugi omnis generis & aptoton declinatur autem hic & hæc & hoc frugi: & cũ omnibus caſibus iũgitur: vt docet Priſcianus libro ſexto & vndecimo hinc Martialis ſentacula frugi dixit: & tam frugi iuno velle habere iouem. Animaduerti apud Quintilianum taxari eos a quibus dicitur frugalis & non frugi: tanq̃ frugalis ſit dictio parum proba: cum tamen quod mirum videri poteſt: frugalior & frugaliſſimus in vſu ſint quod ſatis lin quet teſtimonio Iuuenalis cum ait: ventre nihil nouit frugalius & Ciceronis: qui ſcribit in ventrem: hic ſolus introducitur cæteri ſæpe frugaliſſimi homines excluduntur. Item homo ordinis ſui frugaliſſimus qui tum accenſus Caio neroni fuit libuit: hoc obiter anotare propter inueteratam conſuetudinem eorum in quorum ore ſemper eſt frugalis nunq̃ frugi: qui a latinate deſciſcunt: ſi Quintiliano credimus: cui haud dubie credi oportet. Illud adde quod antiqui ſeruum laudare volentes frugi dicebant: tanq̃ ſobrium vtilem & neceſſarium: hinc eſt illud Oratianum: dauus ne: ita dauus amicum mancipium domino & frugi: quod ſit ſatis Plautus in amphitrione ita ſeruum par videtur frugi eſſe inſtituere. Idem in aulularia hoc eſt ſeruí facinus frugi facere quod ego perſequor. Conſimiliter bonæ frugi ſeruus nominatur vtilis bonus neceſſarius quæ locutio frequens eſt apud iuriſconſultos. χρησιμος apud græcos χρησιμος dicitur vtilis & precioſus: ſed hæc dictio græca anguſtiorem habet ſignificationem q̃ la

tus frugalis appellari poſſit. Quod an guſtius apud græcos valet: qui frugi homines χρησιμους appellant id eſt tantummodo vtiles. At illud est latius omnis enim abſtinentia: omnis innocentia: quæ apud græcos vſitatum nomen nullum habet ſed habere poteſt eulabiam. Nam eſt innocentia affectio talis animi quæ noceat nemini. reliquas etiam virtutes frugalitas continet quæ niſi tanta eſſet: & ſi iis anguſtiis quibus plerique putant teneretur: nunq̃ eſſet. L. Piſonis cognomen tantopere laudatũ.

UVA. BHSC. IyR_246

tina frugalitas & frugi: clarus dictionis significatus latissimus ad vtilitatē & modestiam: & temperantiam: & innocentiam extenditur. εὐλαβίαι græco sermone eulabia dicitur innocentia reuerentia: & cautio: eulabes religiosus: verecundus: cautus. Ego existimo legendum esse ἀλαβίαν. græce enim proprie & significanter ἀλαβία dicitur innocentia sicut λαβὴ ἀλαβὸς dicitur nocentia siue nocumentum. Reliquas virtus: fortitudinem: iusticiam: prudentiā. Plerique putant: frugalitas a multis accipitur pro sola parsimonia & sobrietate: hic ait Oratius partius hic viuit frugi dicatur: opponitur frugalitas luxuriæ: vnde ait Quintilianus in tertio: frugalitas apud sybaritas forsitan odio foret veteribus romanis summum luxuriæ crimen. Seneca. Luxurioso frugalitas pœna est. Lucii pisonis. Lu. piso cognominatus est frugi a morum probitate: ex eoq; familia pisonum frugi appellata: cuius meminit pedianus asconius. Et ob hoc dixit Marc. Tullius in oratione contra pisonem. Ore ipso patriam aspernatis: oratiōe genus: moribus nomē: fuit hic. L. piso frugi scriptor annaliū: cui Gelius & Cicero & alii identidem meminerūt: q dictus est frugi lata est lex calphurnia de ambitu severissime scripta. Nec præsidium reliquit: ostendit huiusce nominis frugi significatiā ppagari ad fortitudinē: ad iustitiā: ad prudētiā: nā reliquere p̄ficiū est timidi nō fortis: nō reddere depositū est iniusti nō iusti: male rē gerere est stulti nō prudētis: frugi aūt appellatur in quē tales noxæ nō cadūt. Ex quo colligitur frugalitatē cōplectivt iam dictū est fortitudinū: iusticiā: & prudētiā: p̄sidiū autē dictū est: quia extra castra p̄si debāt in loco aliquo: quo tutior legio esset auctor. M. Varro q reliqt p̄sidium peccatū desertionis subit: desertor aūt capite puniri solet: quāuis nō oēs desertores similiter puniendi sint vt docent iurisconsulti titulo de re militari. Clam depositum non reddidit. Depositum est vt inquit Vulpianus quod alicui custodiendum datum est fideiq; eius commissum: non reddere depositum maxima iniusticia est: & violatæ fidei crimen perfidiosum ac detestabile: cum nemo deponat nisi apud amicum: & apud eum quem fidissimum esse credidit: & adeo res deposita reddēda est vt etiam si deterior reddatur quasi non reddatur: agi depositi possit: cum enim deterior redditur pōt dici dolo malo reddita non esse: hic est illa satyrica lamentatio: spumantibus ardens vi sceribus. Sacrum tibi q̄ non reddat amicus depositū. Male rē gessit

sed quia nec qui propter metum præsidium relinquit quod ignauię: nec qui propter auaritiam clam depositum nō reddidit/ quod est iniusticie: nec qui propter temeritatem male rem gessit: q̄ est stultitiæ frugi appellari solet/ eas tres virtutes fortitudinem/ iusticiam/ prudentiam frugalitas est complexa. & si hoc quidem commune est virtutum omnes enim intersenexe & iugatę sunt reliqua igitur & quarta virtus vt sit ipsa frugalitas necesse est: eius enim

Luxurioso frugalitas pœna.

Piso frugi.

Præsidium

Desertor capite puniē.

Depositum

UVA. BHSC. IyR_246

sicut bene rem gerere prudentis est ita male rem gerere insani: quod & iurisconsultorum testimonio satis claret & oratiana sentētia comprobatur: si male rem gerere insani est. Contra bene sani. Imperator dicitur res gerere idest sustinere nō facere translatum ad his qui honera gerūt id est sustinent actio datur negocii male gesti: laudat Mar. Tullius in oratione pro quintio equitē romanum quod esset sui negocii bene gerens: Idē in oratione ꝑ roscio comedo: at.n. tu tuum negocium gessisti bene. Gerere & tu tuum bene. Et iugatæ sunt: coniunctę: iugatum coniunctum significat a iugo dictū: & ita legit nonius hunc locū quidam legere: malunt iugę pro iugatę. Antiqui iniuges boues dici voluerunt iugum nūq̄ ferētes: et virtus iniugis dicta: quod iugum nesciat: nec vnq̄ sit iugo p̄menti subiecta: quomodo aūt virtutes inter se copulatæ sint et connexe. Et qui vnā habuerit: omnes habere dicatur supra latissime explicaui. Appetentis: animus mortalium est cupiditatis in explicabilis et in exhaustæ auiditatis: ad quam coercēdam frugalitas hoc est tēperantia pro freno est: illa enim suffrenat ac regit appetitiones immodicas et efferuescentes. Frugalitas a fruge: ex nominis interpretatione res lucidior fit: q̄ græcę etymologia: latine veriloquium nūcupatur ετυμον enim gręcę verum significat. λογος rationem: sed quia veriloquium vt inquit Boetius minus in vsu latini sermonis habetur. M. Tullius extymologiam vocat nationem quia natum facit rem de qua p̄dicatur. Aristoteles symbolon nominat: quidā vim intuiti originationem vocant ex qua dicuntur augumenta. habet enim vt auctor est Quintilianus aliquando vsum necessarium quotiēs interprætatione res de qua quęritur eget vt cū. M. Celius sese hominem frugi vult probare: non quia abstinens sit: sed quia vtilis multis id est fructuosus: vnde et ducta frugalitas: Diximus supra frugi et frugalitatem a fruge deduci: fruges autē a frumine: quæ pars gurgulionis est: per quam cibaria in ventrem demittuntur: appellatione autem frugum principaliter continentur frumenta et legamina: quod ex Plinii lectione planum est: qui in. xviii. sic refert: nunc natura indicabitur frugum: sunt autem duo prima earum genera frumenta et legumina. sed frugis significatio latius serpere cępit: quæ pro redditu accipitur: vt docet Vlpianus. non solum quod frumētis et leguminibus: verum: etiam quod ex vino vel ex siluis ceduis. Cretifodinis lapicinidis capitur. Iulianus iurisconsultus scribit falsum esse fruges omnes esse quibus homo vescatur: nō enim carnes: aut aues aut poma fruges dici quod ait poma non dici fruges nescio an satis perite. Nam Plinius: cor. tacitus. Columela arbores pomiferas appellant frugiferas: tanq̄ fruges arborum poma sine. Annotandum quod frugis rectus casus est frux: vt docet M. Varro in libris de analogia apud Festum Pompeium legitur pantices frux ventris: idest pinguido: quidam perperam legentes cor-

Iugatum

Iniugis boues.

Aīus mortaliū cupidus.

Ethymologia.

Veriloquiū Natio.

Symbolon Originatio

Appellatio frugum.

An poma fruges sint.

Frugifere arbores.

videtur esse proprium motus animi appetentis regere & sedare semperq; aduersantem libidini moderatā in omni reseruare constātiā/ cui contrariū vitiū nequitia dicitur Frugalitas: vt opinor a fruge: qua nihil melius e terra oritur. Nequicia ab eo & si hoc erit fortasse

UVA. BHSC. IyR_246

rumpunt & profrux fluxus dicunt depravata dictione & sensu. Voluit enim festus docere quod pantices significantur pinguitudo ventris & extuberantia: quod frux notat: cum flexus contrarium signet: hodie quoq; vulgus pātices appellat in homine ventriosо. Plautus in pseudo: eo vos vestros pantices adeo madefacitis: cum ego sim hic siccus.

durius/sed tētemus & lusisse putemur si nil sit ab eo quod nequicq̄ est in tali homine ex quo nihili idem dicitur. Qui sit frugi igitur vel si magis moderatus/& temperans cum necesse est esse constantem/qui autem cōstās quietum. qui quietus perturbatione omni vacuum. ergo etiam ęgritudine & sunt illa sapientis. aberit igitur a sapiēte ęgritudo. Itaq; non inscite heracleotes dionysius ad ea disputat/quæ apud Homerum achilles quæritur hocvt opinor modo. Corq; meum penitus turgescit tristibus itis. Cū decore atq; omni merbatum laude recordor. Num manus affecta recte est cum in tumore est? aut num quippiam membrum tumidum

Oīa mala ī malitia & neqtia

Nequam.

Perditi homines

Animus tumēs i vitio

Nequitia ab eo qđ nequicquā est: supra dictum est ex auctoritate diui Augustini nequitiam matrem esse omniū vitiorū. Africanus scripsit omnia mala ꝓba flagitia: quę homines faciunt in duabus rebus esse malitia scilicet atq; nequitia: vbi nequitiam intelligi vult luxum vitæ ꝓditum & effusionem immodicam pecuniarum: sicut nequā hominē ꝓdigum nihili: neq; rei neq; frugis bonæ veteres dixerunt. M. Varro ex ne & quicq̄ media syllaba extrita neq̄ componi demonstrat in libris de latina lingua. sic nequitia a nequicq̄ nominata ē siue a nihilo ex eo qđ neqcq̄ sit: vel q; nihil sit. nihil est. n. vt inquit Aug. omne qđ fluit qđ soluitur: qđ liquescit: qđ semper perit. Ideo tales homines etiā ꝓditos dicimus. Alia nequitia ponitur ꝓ lasciuia & petulantia libidinum: vt apud Ouidium. Nequitia est quæ te non sinit esse senē. Et apud epigrāmatariū poetam. Nequitias tellus scit dare nulla magis. Heracleotes: Dionysius: stoicus hic fuit: de quo dictum est in secundo cōmentario: q ex renibus laborauit. Corq; meū penitus. Homerus nona iliados rhapsodia scribit Vlyxē phenicē & aiacē legatos ab agamēnone missos esse ad vlyxem placādum. Exorādūq; q post responsa data vlyxi & phenici: sic ad aiacē verba fecit quæ o generose Aiax thelamonie dixisti ea mihi omnia in bonam partem accipiuntur: sed cor meum tumet irarum estu: cum recordor quanta me contumelia agamēnon affecit. Versus græcus apud Homerum hic est αλομον οι δαν ετ αι κραδιη χολω οσσοτεεηεινον μυησομαι id est sed mihi tumet cor ira: quando recordor præteritorum. Num manus affecta. disputatio Dionysii ꝓgreditur hoc sensu sicut manus cum ī tumore est vitiosa est sicut aliud membrum cum turget vitiose se habet. Ita animus tumēs invitio

UVA. BHSC. IyR_246

est.qualiter achilles ait cor suum turgescere estu iracundiæ.animus autem sapientis nunq̃ turget & consequenter nunq̃ irascitur:cum ex ira tumor ille p ueniat:& cum iracundia non cadat in sapientem nec cadet quidem egritudo cum tales affectiones ex eodem vertice eliquatæ sint tanq̃ ista consectaria sint:quæ gradatim a Cicerone memorantur. In tumore est.Cum turget aliquo vitio.Si irascitur concupiscit ex diffinitiõe iræ:quã diffiniunt cupiditatem essevlciscendi siue doloris reponẽdi.Inurere:quemadmodũ no tæ inustæ cauterio indelebiles sunt.Ita inuri dicitur dolor:qui sit futurus diuturnus & perẽnis.sic inusta ignominia dicta.Posset in misericordiam. si misericordia virtus est non ne merito laudari debet sapiens misericors: non ne in sapiẽtem cadere debet misericordia qã ẽ laudis:sed Cicero hoc in loco tanq̃ stoicus inter vitia animi misericordiam numerat.Et ita Seneca qui se addixit sectæ stoicorum austeriori. Vitium inquit animi est misericordia: nec miserebitur inqt sapiens sed succurret.Et quemadmodum religio deos colit superstitio violat.Ita clementiam mãsuetudinemq̃ omnes boni præstabunt:misericordiã autem vitabunt.Est enim vitium pusilli animi ad speciem alienorum malorum succidẽtis.Augustinus quoq̃ in.ix. de ciuitate dei.stoicorum inquit est misericordiam solere culpare.Cæterum lõge melius & humanius ac piorum sensibus accommodatius sentiunt illi:qui misericordiam vt virtutem laudãt Et bonum hominẽ vocant misericordem. Quin etiam Cicero aliubi tanq̃ peripateticus:non dubitauit misericordem appellare virtutem: quã stoicos inter vitia numerare non pudet.Nam in Cæsaris laudem scribens in oratione p ligario inquit nulla de tuis virtutibus plurimis nec gratior nec admirabilior misericordia est.Quid est autẽ misericordia inqt Augustinus.nisi alienæ miseriæ q̃dam in nostro corde compassio:qua sivtiq̃ possumus subuenire cõ

Inusta ignominia

Misericordia virtus.

Vitium.

Misericordia quid.

ac turgidum non vitiose se habet. sic igitur inflatus & tumens animus in vitio est:sapientis autem animus semper vacat vitio / nunquam turgescit/nunquam tumet.at iratus animus eius modi est.Nunquam igitur sapiens irascitur.Nam si irascitur etiam concupiscit: proprium est enim irati cupere a quo læsus videatur ei q̃ maximum dolorem inurere:qui autem id concupierit eum necesse est si id consecutus sit magnopere letari. Ex quo fit vt alieno malo gaudeat:quod quoniam non cadit in sapientem ne vt irascatur quidem cadit:si autem caderet in sapientem ægritudo:caderet etiam iracundia qua quoniam vacat ægritudine etiam vacabit etenim si sapiens in ægritudinem cadere posset:posset etiam in misericordiã, posset in inuidentiam:non dixi inuidiã

UVA. BHSC. IyR_246

pellimur. In inuidentiam. Maluit Cicero inuidentiam: q̄ inuidiā dicere: tanq̄ inuidentia inuidi sit inuidia eius cui inuidetur: sed in frequenti vsu est inuidia magis quā inuidentia apud doctos indoctosq̄ indiscriminatim. Animis intuēdo tanq̄ inuidere sit nimis videre & intueri alienam felicitatem. hæc. n. particula In. non semp priuatoria est: sed aliquando habet vim augendi. Vt quæ tum est cum inuidetur. Ab inuidendo autem inuidentia recte dici potest vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum ductum est animis intuēdo fortunā alterius vt est imenalippā. Florē qsnā liberū inuidit meū? male latine videt: sed præclare Actius

Inuidentia. Inuidia.

In.

est in menalippo legere malim i menalippa. est enim fabulæ nomen ductum a menalippa: de qua in vinculis conlecta ac metapontum deportata & eius nato noīe booto multa fabulantur. qđ & Strabo memorat i sexto geographię de hac dixit poeta Actius: bootum speciosa menalippa i dii regia peperit. M. Varro in secundo de re rustica ait bouē seruasse filios neptūni e menalippa ne in stabulo infantes grex bouum obtereret. De hac menalippa: cuius nomine compositę sunt fabulæ intellexit Iuuenalis cum ait Syrma vel antigones seu psonā menalippes fuit altera menalippa amazonum regina quam vicit hercules: eiq; ablato baltheo salutem dedit: cuius Diodorus & Trogus meminerunt: menalippus autem ille tidei interfector notus est: cui caput ante obitum corrosit tideus ex rabie: qui apud statium ita vociferatur Caputio mihi si quis apportet menalippe tuum: sed nō hic plane dignus videtur: cuius noīe fabula scriberetur: fuit alter menalippus tidei frater: quē tideus ivenatu frater peremisse: ob idq; fratricidiū exulasse. Igitur in menalippa fabula græca erat hic versus: quē in latinum vertit actius poeta tragicus: quisnā florē liberū inuidit meū. quo versu vt coniectatorie suspicari possumus menalippa inducebatur erūnas suas eiulās & de filiorū sorte cōquerēs: q pene obtriti sunt in stabulo a bouū grege: sensus sic ordinatur. ex psona menalippes p interrogationem conquestionēq; quis inuidit flori filiorū meorū. merum enim liberum p meorū liberorū antiqua locutione dictum accipe: sicut inuidit florē: aucto revetustiate coniunxit cum accusatiuo potiusq̄ cum datiuo: qđ rectius esse sentit Cicero: nam sicut videre cum accusatiuo iungitur: ita inuidere qāvaldevidere significat scire cum eodem casu copulatur: cū cōpositū verbum simplicis regulā sequatur: subscribit huic rei Quintilianus: qui notat veteres dixisse inuidere hanc rē & adulari hunc: quintiliani verba ex libro nono subiecti quæ sunt hæc. huic rei inuidere: non vt veteres omnes & cicero præcipue hanc rem & incumbere illi non in illum: & plenum vino non vini: & huic non hunc adulari iam dicitur & multa alia. Male latine vertitur. non vituperat Actium in translatione: sed indicat in versu græco fuisse verba quædam non translaticia: quæ in latinum versa non retinent elegantiam græcę facundiæ. Consuetudine prohibemur. Consuetudo obtinuit vt inuidere huic rei cum datiuo: non hanc rem cum accusatiuo dicamus. Est autem consuetudo regina rerum & maxime verborū: vt inquit Gellius. Ideoq; di-

Menalippa amazonū. Menalippus.

Inuidit florem.

Inuidere rē adulari hūc

Cōsuetudo regina verborum.

UVA. BHSC. IyR_246

Vtēdū ſermone vt nummo.

Liberior poeta q̄ orator.

Verba poetica.

xit Quintilianus: conſuetudinem certiſſimam eſſe loquendi magiſtram: vtē dumq; ſermone vt nūmo: cui publica forma eſt. Poeta: actius. Ius ſuum: ius poetarū eſt vt in verbis liberiores ſint & figuris audaciores & tranſlationibus licentiores q̄ ipſi oratores. M. Tullius in primo de oratore. eſt inqt finitimus oratori poeta numeris aſtrictior paulo: verborum autem licentia liberior. Inde verba quædā poetica dicta: quę peculiariter decent poetas: quibus raro vtetur orator. Idem. M. Tullius in tertio de oratore. habet etiam in oratiõe poeticum aliquod verbum dignitatem. M. Varro teſtatur ſe poeticis multis verbis magis delectari q̄ vti. Antiquis magis vti q̄ delectari. Dolet aduerſis. hoc ad miſericordiam refertur. Dolet ſecundis. Hoc inuidentiæ eſt: nam vt Oratius decenter ſcripſit & vere: inuidus alterius macreſcit rebus opimis. Et a Statio dictum eſt. Egraq; letis inuidia. Plutarchus libellum condidit: de inuidia: & odio: quo ſubtiliter diſſeruit. quid ab odio inuidia differat: vbi hæc ſumma conſtit odium eſſe aduerſus malos: inuidiam aduerſus felices. Naſcitur. n. odium ex opinione quam habemus qđ is quē odimus: malus ſit. Inuidia vero q̄liſcit ex ſecundis rebus alicuius fortunati: odimus iuſte: inuidemus iniuſte: odiſſe malos: palam ꝓfitemur inuidere felicibus & bonis pudet confiteri. Præterea odium in brutis animantibus exiſtit Inuidia in ſolis eſt hominibus. Extat baſilii viri doctiſſimi ſanctiſſimiq; liber de inuidia: quo docet inuidos ſerpentibus eſſe pnitioſiores: ſi qdem ſerpentes p plagas emittunt virus peſtiferum. Inuidi ipſo etiam aſpectu noxii eſſe creduntur. Sed ſicut rubigo ferrum. Ita inuidia animum inuidi ex eſt & conſumit: & vt dicit Alexander magnus apud quintum curtium. Inuidi ſunt ipſorūmet tormenta. Scite lacedemonius agis dixit inuidos duplici dolore torqueri. Nam dolent inquit & ex ſuis malis & ex alienis bonis. Ouidius quoq; de inuidia loquens eleganter dixit. Intabeſcitq; videndo ſucceſſus hominum carpitq; & capitur vna. Interitum caliſthenis: Caliſthenes olinthius philoſophus familiaris fuit Alexandro magno: ex condiſcipulatu apd Ariſtotelem: accituſq; ab ipſo rege ad ꝓdenda memorię geſta eius aſiatica: huic nocuit immodica libertas grauitaſq; inuiſa regi cum haud quaquam malo aſſentantium accommodatus ingenio eſſet: nam cum Alexander magnus ex perſico ſupbię regię more adorari vellet acerrimus inter recuſantes caliſthenes fuit: palam dictitans Alexandrum adorandum non eſſe: quæ res & illi & multis principibus macedonum exitum fuit. Siquidem Alexandrum caliſthenem ꝓpter adorationis perſicæ interpellatum morem coniurationis: cuius auctor fuerat Hermolaus: conſcium fuiſſe criminatus eſt. Eumq; truncatis

Odium in brutis.

Inuidia in hoibus.

Duplex tormētū inuidi

Nex caliſthenis.

vt enim videre: ſic inuidere florem rectius quam flori dicitur/nos conſuetudine prohibemur/poeta ius ſuum tenuit ꝙ dixit audacius. Cadit igitur in eundem & inuidere & miſereri. Nam qui dolet rebus alicuius aduerſis/idem alicuius etiam ſecundis dolet. vt Theophraſtus interitum deplorans caliſthenis ſodalis ſui rebus Alexandri proſpe

UVA. BHSC. IyR_246

crudeliter membris abscissisq; auribus ac naso labiisq; deformatum cum ca ne in cauea clausum circūferri iussit diuq; tortum excruciatumq; tandem ne cauit: quidam autumant a lisymacho. qui præcepta virtutis solitus erat a cali sthene haurire: venenum ei datum in remedium calamitatum. Idq; adeo ale xandrū egre tulisse: vt lysimachum obiici ferocissimo leoni iuberet: alii cruci

ris angitur itaq; dicit Calisthenem inci disse In hominē summa potentia sum maq; fortuna: sed ignarum quemad modum rebus secundis vti cōueniret. atqui quēadmodum misericordia egri tudo est ex alterius rebus aduersis/ sic inuidentia egritudo est ex alterius re bus secundis/ in quem igitur cadit mise reri/ in eundem etiam inuidere. Nō ca dit autem inuidere in sapientem ergo ne miseri quidem q; si hoc egre ferre sa piens soleret: misereri etiam soleret. ab est ergo a sapiente egritudo. hęc sic di cunt a stoicis cōcludunturq; cōtortius.

suffixum expirasse perhibēt alii in compendibus seruatū ob nimiam aruinam concre to pedore ac sordibus supremum diem obiisse. quod con flat nullius cædes maiorē a pud græcos alexandro excita uit inuidiam q̄ quod præditū optimis moribus artibusq; calisthenē torserit occiderit q;. in dicta quidem causa au ctores Plutarchus Iustinus. Curtius. cæteri. de hoc ait Se neca libro. vi. quęstionum na turalium. fuit calisthenī nobi le ingenium & furibundi re gis impatiens. hoc est alexan dri crimē ęternum: quod nul la virtus: nulla bellorum fęli citas redimet. Nam quotiens dicetur occidit persarum mul ta milia: opponetur & cali sthenem. quotiens dictū fue rit occidit darium dicetur sed calisthenem occidit. De atroci calisthenis nece itelligi vo luit Ouidius in ibin sic scribēs. Inclususq; necem cauea patiaris: vt ille. Nū profecturę conditor historię in quo explicando labuntur cōmentatores. cre ditum est Aristotelē ob calisthenis necem: cui generis propinquitate coniun ctus erat: excogitasse illud venenum stygis aquę: quo periit Alexander ma gnus: Theophrastus ille peripateticorum eloquētissimus doctissimusq; qui ex diuinitate loquendi nomen inuenit librum composuit cui titulus est cal isthenes siue de luctu. In quo calisthenis sodalis interitum miseranter deplo rat: cuius laertius quoq; diogenes mentionem facit. In hominem: alexan drum intelligit. Rebus secundis vt. plęriq; omnes ignorant: quemadmodū vti conueniat rebus secundis. namq; fortunæ indulgentia. intumescunt inso lenter eiusdem ictibus affliguntur intemperanter. Ille autem dicitur bene vti rebus secundis: quē secūda fortuna nō effert elatius: sicut nec aduersa pessun dat. Qui sperat infestis: metuit secundis alteram sortem. Laus romanorū est: q; neq; eos secundæ res extulerunt nec aduersę minuerunt. In laudem pō peii est illud Lucani elogium. Nec te videre superbum prospera bellorū: nec fractum aduersa videbunt. Contortius: implicatius strictius: nodatius. Sūt

Alexandri crimē ęternum.

Mors calisthenis.

Locus ouidii.

UVA. BHSC. IyR_246

Cõtortę cõ cõclusiones

Ob austerii tatẽ immo dicam.

enim contortę stoicorum conclusunculę: nodosæ: senticosæ. Virili ratione: stoicos dicit quorum virilis nimis est sententia. Et vt dicam quod sentio ab hominis ingenio penitus aliena. Familiares nostri: Cicero libro. v. de finibus maxime probat disciplinam veterum peripateticorũ: quos ait academicos esse ex quorum scriptis & institutis: vt ipsius verbis vtar: cum omnis doctria liberalis: omnis historia omnis sermo elegãs summi potest: tum varietas tanta est artium: vt nemo sine eo instrumento ad aliam rem illustriorem satis ornatus possit accedere ab his oratores ab his imperatores. ac rerum publicarum principes extiterũt. mathematici. poetæ musici. medici denicq; ex hac tanq; ex omnium artium officina pfecti sunt. Mediocritates perturbationum: am sepe dictũ est: peripateticos affectus medio criter temperare: quos stoici radicitus euellũt. Lactantius. Augustinus. Hieronymus peripateticos rectius sensisse autumant: propterea quod naturalia sunt. hęc nõ voluntaria: & nobiscum simul nata scite elegãterq; ait Lactãtius. stoici ergo furiosi: qui ea non tẽperãt sed abscindunt a rebus. quæ a natura insitis castrare hominem quodammodo volunt: quod tale est. quale si velint aut metum detrahere teruis: aut venenũ anguibus: aut iram feris: aut placiditatem pecudibus. & mox paulo homines prudentes non intelligunt. cũ vitia ex homine tollunt etiam virtutem se tollere sed nunc Cicero stat a stoicis

Affectus naturales.

Qui vitio? tollit virtutẽ tollit.

Angor. Pathe. Morbi.

sed latius aliquando dicenda sunt etdiffusius: sententijs tamen vtẽdum est eorum potissimum: q̃ maxime forti. & vt ita dicam virili vtuntur ratione: atq; sẽtentia. Nam peripatetici familares nostri quibus nihil est vberius: nihil eruditius. nihil grauius. mediocritatẽ vel perturbationum vel morborũ animi mihi non sane probant. Omne enim malum etiam mediocre magnũ est. Nos autẽ id agimus vt id in sapiente nullum sit omnio Nam vt corpus etiã si mediocriter ægrum est sanũ non est. sic si in animo est ista mediocritas caret sanitate, itaq; preclare nostri vt alia multa molestiam: sollicitudinem: angorẽ propter similitudinem corporum ægrorum egritudinẽ nominauerũt: hoc prope modũ verbo greci omnem animi perturbationem appellant. Vocant enim πάθος: id aduersus peripateticos: aliubi ait stoicos desciscere a natura. Caret sanitate: Seneca. qui & ipse dogmatis stoici assertor est: in hanc sententiam sic scribit. ego nõ video quomõ salubris esse aut vtilis possit vlla mediocritas morbi. Angorem: angor est egritudo õmens. Vocant parthos. i. morbum. M. Tullius in tertio de finibus in hãc sentẽtiam. pturbationes animorũ vitã insipiẽtium miseramq; reddũt quas greci pathe nominãt poterã ego verbũ inter-

UVA. BHSC. IyR_246

ꝑtans morbos appellare: sed non cōueniet ad omnia: quis enim misericordiam aut ipsam iracundiam morbū solet dicere: at illi dicunt pathos. sit igitur ꝑturbatio q̄ nomīe ipso vitiosa declarari videtur. Au. Gellius affectus vel affectiones dici ait a latinis philosophis: quæ gręci pathe appellant. Quintilianus in. vi. capite de affectibus duę sunt inquit affectuum species: alterā enī

Affectiones

est morbū: quicūq; est motus in animo turbidus: nos melius/ęgris enim corporibus simillima est animi ægritudo. At non similis ęgrotationis est libido/non moderata lęticia/quę est voluptas animi elata & gestiēs: ipse enim metus nō est morbi ad modum similis/quāquam ęgritudini est finitimus/sed proprie vt egrotatio in corpore sic ægritudo ī animo nomen habet non seiunctum a dolore. Doloris igitur huius origo nobis explicāda est: idest causa efficiens ægritudinem in animo. tanq̄ egrotationem in corpore. Nam vt medici causa morbi inuenta. curationem esse inuentam putant, sic nos causa ægritudinis reperta. medendi facultatē reperiemus. Est igitur causa omnis in opinione: nec vero ægritudinis solum sed etiam reliquarum omnium perturbationum: quæ

græci pathos vocāt: quā nos vertentes recte ac ꝓprię affectum dicimus. Idē docet affectuum quosdā concitatos esse quosdam mites & cōpositos. Lactantius mō vitia mō affectus nūcupat. Augustinus motus animi quos græci pathe dicunt ꝑturbationes affectiones vel affectus: sed exp̄ssius passiones vocari tradit q̄ moderatę in sapientem cadūt secundū peripateticos ab eo qđ gręce dicitur pathos: oratio pathetica noīata est: quā ex rethorica arte pręcipitur dirigi oportere aut ad indignationē aut ad misericordiam. taurus quoq; philosophus grauiter: & copiose diseruit non priuationē ταθον: id est passionum esse vtilē: quā gręci στερησιν dicunt: sed mediocritatē: quā metriotita illi appellant. nūc M. Tullius melius significantiusq; ait a latinis egritudinē animi & perturbationes: q̄ a gręcis pathos. i. morbum: cū quędam ꝑturbationes sint nequaq̄ similes egrotationis: vt libido & leticia. Causa morbi inuenta: medici logici: qui rationalē medicinam profitentur necessariam esse ꝓponunt abditarum & morborum cōtinētium causarū notitiā deinde euidentiū. abditas cās vocāt: in qbus requiritur ex qbus prīcipiis nostra corpora sint: qd secundā quid aduersam valitudinē faciat: neq; enim credūt posse eū scire quomō morbos curare cōueniat: qui vnde sint ignorēt. Euidētes vero cās appellāt: in qbus q̄runt initiū morbi calor attulerit: an frigus. fames: an sacietas: & q̄ similia sunt. occursurū. n. vitio dicūt eū qui originē nō ignorauerit. Quę sūt genera quattuor duę ꝑturbationū bigę sunt: a malis vna: & cupitis altera philosophi. n. dicūt quattuor

Affectus Passiones.

Pathetica oratio

Logici medici.

Euidentes causę.

Duę ꝑturbationū bige.

UVA. BHSC. IyR_246

esse perturbationes siue passiões: duas a bonis: duas a malis opinatis rebus. Nam dolere & timere duæ opiniones mali sunt vna præsentis altera futuri: dolor præsentis timor futuri. Item gaudere & cupere sunt opiniones bonæ: vna præsentis: altera futuri. gaudium præsentis: cupiditas futuri. hæc quattuor passiones nascuntur ex coniunctione corporum & hebetudine animorum: quod & Virgilius lucu lenter expressit in. vi. cum ait hinc metuunt cupiuntq; dolent gaudentq;. Nec auras suspiciũt clausæ tenebris & carcere cęco. De his in p̃sentia cicero latissime ac copiosissime disserit. ostẽdens opinionem esse fontem originalẽ istarũ perturbationũ: tanq; tristes simus: timeamus: gaudeamus cupiamus: ex eo quod opinemur ita esse faciẽdũ. Citetur: cõmoueatur: excitetur. Voluptas gestiens quasi gesticulatione quadã & gestu se gaudere significans. Gestire enĩ est cupere & letari. Libido: supra dictum est libidinẽ vocabulũ esse generale. Et ad omnẽ cupiditatẽ referri. Malorũ. s. opinione. Impẽdentis: qđ futuri est. Egritudo: expressius enucleatiusq; dicitur ab ecclesiasticis doctoribus tristitia: Cętera alias: in quarta tusculana disputabitur de reliquis perturbationibus. Nullo modo existimo: vt stoicus negat in sapientẽ cadere ęgritudinẽ siue tristitiã. peripatetici vero q affectus nõ tollũt sed temperãt dicũt dolebimus sed parum. Cõcupiscimus sed parce: irascemur sed placabimur apud ecclesiasticos: tristitia in bono vsurpatur. Nã laudat apostolus corinthios qđ cõtristati fuerũt scđm deũ. Nunc Cicero ex stoica doctrina p̃cipit fibras etiã euellẽdas esse egritudinis siue tristitiæ: eãq; q̃tũ

Opiniofõs perturbationum.

Tristitia in bono.

sunt genere quattuor partibus plures. nam cum omnis perturbatio sit animi motus / vel rationis expers / vel rationem aspernans / vel rationi non obediens / isq; motus / aut boni aut mali opinione citetur: bifariam quattuor perturbationes æqualiter distributæ sunt. nam due sunt ex opinione boni: quarum altera voluptas gestiens id est præter modum elata lætitia opinione præsentis magni alicuius boni. Altera cupiditas quæ recte vel libido dici potest quæ est immoderata appetitio opinati magni boni rationi non obtemperans / quæ vel cupiditas recte vel cupido dici potest. Ergo hæc duo genera voluptas gestiens / & libido bonorum opinione turbantur / vt duo reliqua metus & egritudo malorum: nam & metus opinio magni mali impendentis / & ægritudo est opinio magni mali præsentis. & quidem recens opinio talis mali vt in eo rectum videatur esse augi id autem est vt is qui doleat: oportere

UVA. BHSC. IyR_246

fieri pōt: fugiēdā esse lōgissime. Tetra res est: tetrū dicitur vitabile fedū: crudele amarū. Tātalo pgnatus: thyestes significatur filius pelopis: nepos tātali pnepos iouis: de quo tragici poetæ tragedias scriptitarūt: qualis est apud Senecā. titulo argumētoq; thyestes. Verba hæc sunt tragici poetæ veteris: siue is actius siue pacuuius sit siue qspiā alius q inducebat thyestē fractū mœrē tē egritudine sese cōficiētem positq; resciuit sibi appositos fuisse a fratre atreo filios epulandos q apud Senecā exclamans rogat iouē vt ipsum telo trisulco petat. vt p pectus ipsius trāsmittat flāmeā facē apud Diomedē grāmaticū p exēplo figuræ q climax dicitur siue gradatio. referuntur verba hisce cōsimilia cum ait apud nostrū etiā tragicū sic. Ioue pgnat' ē vt phibēt tātalus ex tātalo ortus pelops ex pelope satus atreus q nostrū porro ppagat genus. A socero Oenomao: historia pelopis notissima q curruli certamine superauit Oenomaum. Eiusq; filiā noie hippodamiā abduxit vxorē: qua ex re dolore affectus oenomaus sibi mortē cōsciuit. Iouis iste pnepos thyestē dicit. ex ioue enī natus tātalus filiū genuit pelopē thyeste patrē. vmbra ne obsit: adeo pollutū se damnat thyestes: vt existimet vmbræ sue tactu posse homies ledi & cōmaculari. Tutæ thyestaverba. M. Tullii p apostrophen phē: quē accusat qđ in tanta egritudine sit ob fraternum scelus. est aūt thyesta vocatiuus siue salutatorius casus: ex formula nominū primi ordinis: vt atrida & anchisa & alia id genus vsurpantur. Seneca. bonū est thyesta qđ mala ignoras tua. Quod filiū solis: oetā significat quē vna cū p se pgenitū ex sole ferūt: q cum filiam medeam resciuisset vna cū iasone clam abscessisse asportato aureovellere cum his q in prōptu erant militibus insecutus abeuntes confixit in littore: vbi a meleagro occisus est. Fabulæ tradunt medeam fugientē secū abduxisse fra-

Tetrum.
Merorthyestæ.
Climax.
Gradatio.
Mors ōenomai.
Thyesta
Atrida.
Oeta filius solis.

opinetur se dolere. His autem perturbationibus: quas in vita hominum stultitia quasi quasdā immittit furias: atq; incitat omnibus viribus atq; opibus repugnandum est. si volumus hoc quod datum est vitę tranquille placideq; traducere: sed cætera alias: nunc ægritudinem si possumus depellamus. Id enim sit propositum quando quidem eam tu videri tibi in sapientem cadere dixisti: quod ego nullo modo existimo. Tetra enim res est misera detestabilis: omni contentione velis vt ita dicam remisq; fugienda: qualis enim tibi ille videtur. Tantalo prognatus Pelope natus: qui quondam a socero Oenomao rege Hippodamiam raptis nactus est nuptijs. Iouis iste quidem pronepos, tam ne ergo abiectus tanq̄ fractus. Nolite inquit hospites adire ad me: illico istic: ne contagio mea bonis: vmbrave

UVA. BHSC. IyR_246

Absyrtus dimulsus a medea.

trem absyrtum q̄ vt moraretur aliqua fraude: patrē īsequentē: fratrē īterimit atq; ita diuellit: diuulsaq; mēbra p agros dissipat in multis inueniendis locis, a qua dissectione tomos ciuitas illa nominata est. Oeta cognitis filii membris q̄ diuulsa in itinere reperisset rore & tristitia confectus extabuit. Et ita inducebatur a tragico poeta. nunc. M. Tullius accusat Oetam insolabiliter dolētē: & egritudine tabescentem ob casum filii & filiæ scelus. Patris solis. Refugere pro refugerunt: verba sunt tragici poetæ: qbus exprimitur oeta macescēs: tabescens: senescens ex egritudine: oculi refugere dicuntur: cum ex merore & lachrymis intra caput condividetur: oculos concauos dixit Hippocrates in prognosticis esse signū mortiferum. Macie extabuit: in tabem & corruptionem resolutum est: tabes eos male habet quos inualit cuius species plures sunt. vna est qua corpus non alitur: summa macies oritur: & nisi occurritur tollit. atrophiam hanc græci vocant. Inde atrophi dicti laborantes atrophia. Plinius in. xxvi. eadem datur his quos atrophos vocant interpositis diebus: atrophi quoq; vocantur qui ab imbecillitate vires recolligunt. Altera species est: quā græci cacesian appellant vbi malus corporis habitus est: ideoq; omnia alimenta corrūpuntur. Dixit Hippocrates in aphorismis cacesia seniores infestiari. tertia est longeq; periculosissima species quam græci phthysim nominauerunt. vnde phthysici dicti sermone greco sed latinis vsitatissimo: a tabe tabificabile: & tabificum deducuntur tabitudo dicitur a Plinio. tabum vero significat sanguinem corruptum quod & aliquando tabes: dicit tamen Seruius super eo versu & taboterram maculant. tabo nomen esse casus septimi tantum: vt sponte. quod si velis declinare, hæc tabes huis tabis dices. Peredere: consumpserunt. Exanguis genas: genæ proprie sunt operimenta oculorum & palpebræ: pisces & insecta vt inquit Plinius non habēt genas nec integunt oculos. Eminianus est ille versus: pandite sultis genas & corde relinquite somnum: vbi sultis ponitur pro si vultis. In alio significatu genas vocant malas: quæ infra oculos sunt: quas a feminis radi leges decemuirales vetuerunt: pacuuius genas putat esse quibus barba primum oritur hoc versu. nunc primum opacat flore lanugo genas. In qua significatione hic accipi posset vel pro genis oculorum: videturq; ita ordinandus esse textus: lachrymę peredere: hoc est exhauserunt consumpserunt genas oculorum humoris largitate. Et ita leges humore vt sit septimus casus vel ita distinctim legito lachrymę peredere humorem: vt sit vnum colon. mox sequatur. Exanguis genæ situ nidoris. Alterum colon: quod placet: vt genæ legas recto casu pluratiuo. Situ: situs vt ait Seruius est lanugo ex humore procreata: qui fit in locis carentibus sole. Donatus exponens illud Maronianum ex septimo æneidos. Sed te victa situ: veriq; effeta senectus: sic scribit. Situs est corru-

Oculi fugerunt.

Oculus cōcauus signū mortis.

Atrophia.

Phthysis.

Tabitudo.

Tabificabile.

Tabum.

Genæ.

Sultis p vultis.

obsit/tanta vis sceleris in corpore hæret/Tu te thyesta damnabis: orbabisq; luce propter vim sceleris alieni./Quid illum filium solis: nōne patris ipsius lucem indignum putas/refugere oculi: corpus macie extabuit. lachrymæ peredere humorem exanguis genas situ ni-

UVA. BHSC. IyR_246

ptio ex humore & diuturnitate contracta: qua deteriores fiunt species vno loco & prolixo tempore constitutæ. Victa situ. quasi quæ senio esset & nihil agendo corrupta. solet autem in locis situ sentis odor quidam teter & aspernabilis olfactantium nares offendere. qui & ipse situs dicitur Pli. in. xxi. pessimum esse crocum ait: quod situm redolet: in quem sensum duci posset ista sententia: vt situs nidoris significetur hyperbolicos nō solum squalor & decoloratio sed & odor inamabilis: qualis ex re ambusta sentitur. Nidorem enim poni pro odore epularum & culinæ satis claret: vt apud Iuuenalem captū te nidore suæ putat illæ culinæ: & apud Martialem. pascetis & nigræ solo nidore culinæ. verum etiam ponitur pro putore vstrinæ & reivstulatæ vt apud Virgilium in. xii. illi

Situs odor aspnabilis.

doris. barba pedore horrida atq; intonsa infuscat pectus illuuie scabrum. Hæc mala o stultissime Oeta ipse tibi addidisti non erant in his quæ tibi casus inuexerat/ & quidem inueterato malo/ cum tumor animi resedisset: Est autem egritudo vt docebo in opinione

ingens barba reluxit nidoremq; ambusta dedit. In quo significatu hic accipi videtur. Pedore: squalore: illuuie sordibus: hoc. n. significat pedor. Lucanus lōguscp in carcere pedor. Infra dicet pedores muliebres: vocabulum hoc a græco sermone ductum videtur. quo παιδεσ. i. pueri dicuntur qui in illa puerili etatula sordidi fere sunt: nec a sordibus sciunt abstinere. vnde pedidos quoq; sordidos & absoletos appellant. Barba intonsa: specimen est meroris barba prolixior. vnde ait Silius de campanis aduersæ fortunæ succumbentibus. Nunc propexis in pectora barbis verrere humum: cultus reorum fuit apud priscos. Indui amiculū obsoletū: neq; barbam radere. Annotauerūt scriptores pu. scipionē cū esset reus neq; barbā dēsse radi: neq; nō cādida veste vti: neq; fuisse cultu solito reorū. barba philosophū ppe peculiariter decet. Vnde illū barbatū hoc crede magistrū dicere. sed multi sunt q barba & pallio tenus philosophātur: q hircino barbicio philosophos mētiūtur. Vn de merito dixit ille barbā & pallium video: philosophū nō video. Cōsimiliter multi sunt: sunt inquam multi spurci & probrosi: qui sub habitu sanctissimo religionis nomen vsurpant sanctitudinis & sancti appellantur: quos nō minus fugiendos esse censeo q̄ diras pestilentias intrinsecus grassantes & ictu ceco vitalia lancinantes: apud Lucianum in scaphidio iubet mercurius philosopho barbam abradi & super cilia nō nouacula sed secur. primus auctoribus Varrone & Plinio ticinius menas adduxit tonsores ex sicilia in italiam. Antea intōsi fuere. Infuscat: obumbrat immissa prolixitate. Illuuie: sordibus immūditia. Virgilius. Dira illuuies immissaq; barba. Hæc mala: nūc loquitur. M. Tullius. Tumor animi: tumens animus in vitio est: sicut turgidum membrum vitiose se habet. Mœres: mœrore conficeris. Filiæ medeam dicit. Dionysius pueros docebat: Dionysius νεοτεροσ. i. iunior suffectus in tyrannidem: παρεσβυτεροσ: id est senioris Dionysii auspicatus est Tyrannidem a cedibus cognatorum & fratrum: mox in segnitiem sublatis emulis lapsus: saginam ex nimia luxuria oculorumq; valitudinem contra-

Cultus reorum.

Barba philosophorū.

Hircinum barbicium

Fucosi sācti

Tōsores ex sicilia i italiam.

Neoteros & Dionysius.

UVA. BHSC. IyR_246

xitq; adeo vt splendorem lucis ferre non posset. propter quę dum contemni se putat seuitia grassatur. Ciuitatē syracusanam cedibus replet. ex quo factus inuisior a syracusanis expellitur. Iterum receptus cum crudelior in dies esset. Iterum extorris corinthum in exilium proficiscitur vbi insordidissimū vitæ genus descendit in popinis lupanaribusq; totos dies residens. pannosus & squalidus incedere. In macello prestare: cum leonibus iurgari. omnia deniq; facere vt contēnēdus magis q̄ metuēdos videretur. Nouissime se ludi magistrum ꝓfessus pueros in triuio docebat: vt quoniam viris imperare non poterat saltē pueris imperaret. Erat enī eruditus: vtpote Platonis auditor. olim īterrogatus iam exul extorrisq; quid sibi Plato ac philosophia ꝓfuisset scienter respōdit τοτη λικαυτηη τυχης μεταβολιαη ραδιως υπομενειη. idest vt facile ęquoq; animo ferrē talē fortūę mutabilitatē. Idē. ελεγεπολλους τρεφειη σοφιστας ου θαυ μαξωη εκειηους. αλλα διεκειηωη θαυ μαξεσθαι βολομενος: idest ducebat se alere multos sophistas: non quod illos admiraretur: sed ꝙ per illos admirationi esse vellet. Mar. Tullius quadam ad papirium petum epistola in hāc sententiam sic inquit Dionysius tyrannus cū syracusis expulsus esset corinthi dicitur ludum aperuisse. Tarquinius cumas: historia Tarquinii superbi nihil notius: de quo Liuius. Dionysiꝰ Plutarchus. Ouidius: cæteri non parū multa qui post bella grauissima: quibus romanos veiētibus: porsena rege latinis finitimis cōcitatis atriuerat. posteaq̄ desertus ab eis quorum fidebat auxilio regnum recipere non valuit. in oppido tusculano romę vicino. vt tradit diuus Augustinus in tertio annos quatuordecim priuatim vitam quietus habuit & cū vxore cōsenuit. Liuius cū. M. Tullio concordās ait Tarquinium supbum cumis

Extorris Dionysius

Pueros docebat in triuio.

Scitum Dionysiii.

Tarqnius supbus.

Tarqnius consenuit thusculi.

mali recentis/ sed mœres videlicet regni desiderio non filię. Illam enim oderas & iure fortasse: regno enī nō equo animo carebas. Est autem impudens luctus mœrore se cōficientis: quod imperare nō liceat liberis. Dionysius quidem tyrannus syracusis expulsus corinthi pueros docebat vsq; eo imperio carere non poterat. Tarquinio vero quid impudentius/ qui cum bellum gereret cum his qui eius non tulerant superbiā his cum restitui in regnum nec venientium nec latiorū armis potuisset cumas se contulisse dicitur: inq; ea vrbe. senio & ægritudine fuisse confectus: hoc tu igitur censes sapienti posse accidere: vt ęgritudine oprimat̄/ idest miseria? Nā cum om̄is perturbatio miseria est: tum carnificia est ęgritudo. Habet ardorem libido: leuitatem leticia gestiens humilitatem metus: sed ęgritudo quædam

UVA. BHSC. IyR_246

ēsse mortuum: quo se post fractas opes latinorum ad Aristodemum tyrannū contulerat. Senio tristitia: mœrore diuidia. senium enim non solum significat senectutem: sed etiam ponitur pro mœrore & tedio & diuidia: vt turpilius in demiurgo. quia enim odio ac senio mihi sunt nuptiæ: Cicerone dictū est senium matricidarum. Carnificina: carnificina dicitur locus in quo fontes iussu potestatū a carnifice occiduntur: carnificina significat crudelitatem tormentorū & cruciabilitatem: Plautinus amator ait in cistellaria. Credo ego amorem primū apud homines carnificinam commētum. Carnificina quoq; accipitur pro officio ministerio q; carnificis. Plautus in captiuis vel carnificinā facere hūc possum perpeti Cato pluraliter dixit carnificinas pro cruciabilitatibus inhūanisq; supplitiis. Caro proprie dicitur mortuorum dicta ab eo quod careat anima. vt interptatur Donatus in ecyra. vnde carnifices dicti: qui carnes ex homine faciant. vnde & carnificina de qua scripsimus in tertio tranquilli commentario. nūca. M. Tullio dicitur ægritudo esse carnificina quia instar carnificis cruciat torquet lācinat prēcordia lacerat animum. Excarnificatumq; conficit: posset carnificina accipi veluti pro femina excarnificante: sicut a Plauto dicitur femina opificina. Exest: consummit poculatur a verbo exedo dictum: sicut a comedo comest. Afranius bona comese hic quotidie. Plautus. pirum vulpes comest. Confícit: necat: trucidat: exanimat. confícere enim interficere est. Virgilius. Nunc vulnus acerbum confícit. Oratius nunc ego resto confice. Inde confectores dicti apud Suetonium interfectores ferarum. Opinionem esse natura: Epicurus opinionem siue opinationē & veram esse & falsam dicit: & quod opinabile est: a priore aliquo certo pendere ad quod illud referimus qđ opinamur: puta vnde nouimus an sit istud qđ longe est equus sit ambos: hanc opinionem dicit esse a natura viq; naturali effici: contra fortitudinem non contingere per naturam sed ratione. Plato in theeteio opinionem falsam plerumq; esse dicit: & alium falsa opinari: alium vera: quasi nec ex natura ita se habeant Cyrenaici: secte cyrenaice princeps & conditor fuit aristippus ille: quē decuit status omnis & color & res: cyrenaici philosophi duas perturbationes ponunt dolorem & voluptatē: aiuntq; voluptates corpo-

Senium tristitia.

Carnificina.

Carnificinas.

Caro vnde.

Opificina.

Exest comest.

Cōficere.

Cōfectores

Opinio vera & falsa.

Cyrenaici.

Voluptates corpis maiores q̄ aī.

maiora: tabem cruciatum afflictionem fœditatem: lacerat exestanimū planeq; conficit. hanc nisi exuimus sic: vt ab ijciamus miseria carere non possumus At hoc qnidem perspicuum est tamen egritudinem existere: cū quid ita visū sit vt magnum quodam malum adesse & vrgere videatur. Epicuro aut placet opinionē mali egritudinē esse natura vt quicumq; in tueatur in aliquod maius malum si id sibi accidisse opinetur: sic continuo in ægritudinem. Cyrenaici non omni malo egritudinem fieri censent sed insperato nec opinato malo est: id quidem non mediocre ad egri

UVA. BHSC. IyR_246

rum esse maiores q̃ animorum sicut dolores corporis dicũt q̃ animi grauiores: dicti Cyrenaici a cyrene patria aristippi: ciuitate africę inclita. Omnia repentina grauiora Seneca in libro de cõsolatione ad martiã. Necesse est itaq; magis corruamus qui quasi ex inopinato ferimur: q̃ multo ante prouisa sunt lãguidius incurrunt. Idem in libro quod in sapientem non cadit iniuria: ait omnia leuiora accidunt expectantibus. Ego cum genui: laterna fęmina dixit quidã cõsimile in obitu filii. Ei rei sustuli: ad hoc procreaui vt morerentur: mors enim vitę sequęla est: & vt nemo moritur qui non vixerit: ita nemo vixit: qui non sit moriturus. In omnes constitutum est vt ait decenter Seneca capitale supplicii: mors tributũ est mortalium: sentẽtia autem ista & dictum est telamonis apud verterem poetam opinor Enniũ: quod & M. Tullius infra ostẽdit: & insinuat diuus Hieronymus: qui i epithaphio nepotiani sic scribit. vbi Anaxagore & telamonis semper laudata sententia: sciebam me genuisse mortalẽ Hieronymus dat telamoni & anaxagorę eãdem sententiã: quia vtrobiq; idem est sensus: & nihil i sensu differt: siue dicas cũ genui moriturum sciui siue sciebã me genuisse mortalem: indu cebatur autem i fabula Ennii poetę telamon: qui aiacem & teutrum filios misit ad bellum troianum: in quo periit aiax ex furore ad vltroneam mortem impulsus. Teucer exulauit: itaq; telamon cum resciuisset filiorum alterius obitu: alterius exilium: forti animo subnixus: nec aduersæ fortunæ succũbens dixit hæc verba fortitudine imbuta & plana virilia: grãmatici citant testimonium ennianum ex telamone. Id enim nomen fabulæ est. Nam qui hæc audita verba sunt quibus loquitur Theseus apud Euripidem tragicum poetam: quę ex greco sermone in latinum vertit. M. Tullius: inducebatur autem in tragedia ab euripide theseus: cuius gesta & natales & obitum Plutarchus diodorusq; perscribunt: de quo scripta fabula est nomine theseis: hinc illud. Rauci theseide codri. & Plutarchus citat theseidos auctorem. theseus emulus virtutis herculeę est prędara edita facinora extorris patria factus. In insulam syrum nauigauit: vbi periit interemptus a nicome-

Mors sequę la vitæ.

Mors tributũ mortaliũ Sentencia Telamonis

Telamon Ennii.

Nex thesei

tudinem augendam Videtur enim omnia repentina grauiora. ex hoc & illa iure laudantur. Ego cum genui. tum moriturum sciui: & ei rei sustuli. Preterea ad troiam cum nisi ob defendendã grẽciam sciebã me in mortiferum bellum non in epulas mitere. hec igitur prędemonstratio futurorum malorum lenit eorũ aduentum quę veniẽtia longe ante videris: Itaq; apud Euripidem a Theseo dicta laudãtur. Licet enim vt sępe fecimus in latinum illa cõuertere: nam qui hæc audita a docto meminissem viro futuras mecum cõmentabar miserias: aut mortem acerbam: aut exilij mœstã fugam: aut semper aliquam molem me

UVA. BHSC. IyR_246

de: vel vt alii tradunt ex loco edito post cenam deābulando delapsus: primus instituit athenis panathenea: hoc est communem celebritatem in honorē minerue: quę gręce athene nominatur: est enim id mineruę festum pricipale: vnde panathenaicus liber & panathenaicum vnguentum: super quo in commentariis suetonii omnia copiosius explicata a nobis sunt. Idem in isthmo funebres ludos instituit. Commentabar: cogitabam: retractabam: meditabar. Diritas: infortuniū & calamitas. Imparatum quia omnia repenti na grauiora sunt: e contrario omnia meditata leuiora. Minus enim iacula feriunt: quæ p̄uidētur: minus mala nocēs: q̄ inopinata non veniunt. Repens: repentina & subitaria: sic apud Liuium repens cura inualit. Quod autē theseus. Verba Ciceronis enarrantis sententiā euripidis: quod enī dixit theseus apud euripidē: se a docto viro audiuisse: id de semetipsos scripsisse euripidem docet: qui hęc audiuerat ab Anaxagora nobilissimo philosopho: cuius auditor quoq; fuit pericles: qui natum se esse dixit cęli & solis & lunæ contemplandę: causa quem impietatis accusatū defēdit pericles discipulus: qui cum filiorū mortem audiuisset sciebam inquit me genuisse mortales: quos sua manu sepeliisse demetrius phalereus testatur. Celebrata est anaxagorę omiomeria: De qua Lucretius nūc & anaxagore scrutemur omiomeriam Aristo. quoq; in tertio de ceol & mūdo. Refert anaxagorā dixisse omiomeria esse elementa: hoc est ex similaribus partibus cōstantia: ossa videlicet e pauxillis atq; minutis ossibus sic de pauxillis atq; minutis visceribus viscus gigni sanguinēq; creari sanguinis iter se cultis coeūtibus guttis. Sciebā me genuisse mortalē Valerius maximus in hāc sententiā: ne anaxagoras quidē supprimendus est audita nāq; morte filii: nihil mihi inquit expectatū aut nouū nuncias. Ego enim illū ex me natum sciebam esse mortalē: nō omittēda hoc in loco morologia galieni imperatoris: qui vbi de valeriano patre comperit qđ captus esset p vecordiam dixisse fertur sciebam me genuisse mortalem: ex quo coniectare possumus qua solertia fuerit præditus: cum id de patre dixerit: quod de filio dicendum fuit

Panathenea.

Panathenaicus.

Anaxagoras.

Cōtēplādi cā natus.

Omiomeria.

Ex sanguīe Sanguinis.

Sciebā me genuisse mortalem.

Morologia galieni imperatoris.

ditabar mali. vt si qua inuecta diritas casu foret: ne me imparatum cura laceraret repens: quod autem theseus a docto se audiuisse dicit: id de se ipso loquitur Euripides fuerat enim auditor anaxagoræ quem ferunt nunciata morte filij dixisse. sciebam me genuisse mortalē. Quę vox declarat his esse hęc acerba a quibus nō fuerint cogitata. Ergo id quidem nō est dubium: quin omnia quę mala putentur: sint improuisa grauiora. Itaq; quāquam non hęc vna res efficit maximam ægritudinem. tamen quoniam multum potest prouisio animi & p̄paratio ad minuēdum dolorem sint sēper oia homini hūana meditata: & nimirum hęc est illa p̄stans & diuina

UVA. BHSC. IyR_246

quod de filio amisso: Anaxagoras philosophorum optimus: tẽpestiuiter dixerat. Improuisa mala: consimiliter bona inopinata iucundiora sunt quam quæ diu mente tractaueris. Nihil admirari: Dixit Oratius: nihil admirari prope res est vna numici: solaq; quę possit facere & seruare beatum. Nunc ait Mar. Tullius hanc esse sapientiam nil admirari cum acciderit: quia omnia ac

Nihil admirari.

cidere possunt: non enim conuenit viro dicere non putarẽ. omnia puta, cogita cuius accidere posse quod cuiq; potest.

Non putarem.

Nam insipiens si quicq; vidit melius priusue sua spe defixis oculis animoq; & corpore torquet. Quicq; inquit sanctissime Seneca tu putas non futurum, quod scis posse fieri Quod multis vides euenisse. Aufert vim presentibus malis: qui futura prospexit. Nihil non euenire. id est omnia posse euenire. Quamobrem omnes: verba sunt terẽtii ex phormione: quę loquitur demipho senex cum seruo geta irritatus & prorsus indignabundus: quod pręter spem in iussu suo filius antipho vxorem duxisse dicebatur. Meditari oportet secum: bene ad ditum secum: insani enim videtur hoc palam agere. Oratius: sperat infestis metuit secundis alteram sortem bene pręparatum pectus.

Cõmune.

Cõmunia esse hæc. Cõmune est qđ accidere omĩbus potest. Omne id deputare in lucro. Geta seruus dicit apud Terentium

Quicquid pter spem i lucro deputa.

se ante ire herum sapiẽtia: pręterea q̃ meditata sunt inquit mihi omnia mea incommoda herus si redierit molendum esse in pristino: vapulandũ habendę cõpedes opus ruri faciundum horum nihil quicq; accidet animo nouum: quicquid pter spẽ eueniet omne id deputabo esse in lucro. Seneca in secundo epistolarum illa inquit beatissimus est & securus sui possessor: qui crastinum

Vixi.

sine sollicitudine expectat: quisquis dixit vixi quotidie ad lucrum surgit. Ille

Aequabilitas i vita.

vultus sem per idem pręclara est inquit. M. Tullius in primo de officiis: equabilitas in omni vita: et idem semper vultus eademq; frons: vt de Socrate accepimus Seneca libro epistolarũ duo deuigesimo aĩm socratis nulla vexatio

Idem socratis sp vltus

ne: nõ carere: nõ veneno moueri potuisse refert: vsq; eo vt ne vultum quidem

sapientia: & p̃ceptas penitus & ptracta tas hũanas res habere: nihil admirari cum acciderit. nihil antequam euenerit non euenire posse arbitrari. Quã obrẽ omnes cum secuudæ resunt tum maxime meditari secum oportet. quo pacto aduersã erũnam ferant/ pericula dãna exilia peregre rediens semper secũ cogitet. aut filij peccatum aut vxoris mortem: aut morbũ filiæ. cõmunia esse hæc ne quid horum accidat vnquã animo nouum quicquid preter spem eueniat omne id deputare esse in lucro. Ergo hoc Terentius a philosophia sumptum cum tam commode dixerit: nos e quorum fontibus id hausturn est. non & dicemus hoc melius & constantius sentiemus. Hic est enim ille vultus sem-

UVA. BHSC. IyR_246

mouerit. Illa mirabilis laus: & singularis vsq; ad extremum: nec hilarionē quisq; nec tristiorem Socratem vidit: equalis fuit in tanta inequitate fortunę. Plinius in.vii. ferunt Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu nec aut hilari magis aut turbato. Solinus: inter alia Socratis magna p̄clarum illud est: quod in eodem vultus tenore etiam aduersis interpellantibus perstitit Xantippe: hęc est illa famigerata Socratis vxor moribꝰ fera: lingua petulans: morosa iurgiosa: irarum molestiarūq; muliebrium per diem pq; noctem scantes: quas intemperies i maritum: demiratus alcibiades interrogaut Socratem: cur mulierem tā acerbam domo nō exigeret: quoniam inquit Socrates: cum illam domi talem ppetior insuesco & exerceor vt cęterorum quoq; foris petulātiam: & iniuriam facilius feram. iterum dicendi alcibiadi intolerandam esse Xātippes maledicentiam: tu inquit nō ne toleras anseres clamore perstrepētes: illo annuante quoniā mihi oua & pullos pariunt: & mihi ait Xātippe filios gignit: autorem diuus Hieronymus scribens cōtra Iouinianum. Socrati fuisse duas vno tēpore vxores: quod & laertius tradit Xantippem & mironē: q̄ cum crebro inter se iurgarent: & ille eas deridere esse solitus: q̄ propter se fedissimū hominem simis naribus: recalua fronte: vlosis humeris repandis cruribus disceptarent: nouissime verterūt in eū impetum: & male multatū fugientēq; diu p̄secutæ sunt: quondā cū infinita cōuitia & superiori loco ingereti Xantippe resitisset aqua p̄fusus in munda nihil amplius respondit q̄ capite detorto: sciebā inquit futurum vt post ista tonitrua hymber subsequeretur. Eāt nunc amici consiliarijq;: & suadeant mihi vxorē esse ducendam: quando sanctitas Socratis atq; doctrina obnoxia fuit petulātię & morositati vxoris iurgiosæ iracūdiæ intolerabilis: quæ philosophū philosophari nō sinebat: quę cum viro continenter litigabat. Nam vt inquit verissime satyrographus Sēper habet lites alternaq; iurgia lectus i quo nupta iacet: ait Ouidius. Dos est vxoria lites. Dixit sextius: qui non litigat celebs est: tanq; mariti omnes cum vxoribus semper litigare compellatur: olim philippum regem macedonum introeuntē ex more cubiculum vxor exclusit irata: qui excluſus tacuit & iniuriam suam versu tragico consulatus est. I nunc & spera te meliorem coniugem inuēturum q̄ rex philippus habuerit: quid tibi homūtioni fieri ab vxore non poterit: cum talia in maximū regem factitata cognoueris: Mitio Terētianus fortunatum se putat: quod vxorem nunq; habuit: cōtra demea. Duxi inquit vxorem: quam non ibi miseriam vidi: sequamur itaq; sectam mitionis in celibatu viuētes: vt otiosam quietam litteratam vitam ita degamus: quam mariti degere non possunt: libuit digredi in hęc nō ingrata opinor diuerticula propter quotidianas ad vxorem ducēdam suasiones impulsioneſq; olim fata decreuerunt quid gaudeam quid fleam: sequar quo ducent fata vel

Nec hilarior nec tristior.

Xantippe Morosa & iurgiosa.

Duę socratis vxores.

Deformis socrates.

Aqua perfusus ab vxore.

Nota.

Dos vxoria lites.

Celebs nō litigat

Philippū regē exclusit vxor,

Terētiana fnia.

Vita mitionis.

VVA. BHSC. IyR_246

Fato stat Iuppiter ipe Crassus Agelastus cur riserit Crassus Simile habent labra Lactucam semel risisse

trahent: nam fato stat Iuppiter ipe: sed iam domum reuertamur. Semel i om ni vita risisse. Plinius & Solinus auctores sunt: Crassum auu m Crassi in par- this interempti nunq risisse ob id agelastum cognominatur. αγελαστος. n. greco sermone mestus & sine risu dicitur. Lucillius. & Hieronymus alii pdi derunt Crassum semel tantum in tota vita risisse: quod factum est cum vidis- set asinum carduos comeden tem: dixisset q ob id: similem habent labra lactucam: factū hoc dictumq lepidissimum festiuissimū risu subsequutus est: Pedianus Asconius hoc sensu exponit Crassum semel risisse in vita: vt intelligas ra ro ac pene nunq risisse: ex eo dem sensu est q semel in vita risisse Crassū scribit Lucilius M. Tullius in quinto de fini bus sic refert an hec in eo. M. Crasso: quem semel ait in vita risisse Lucilius non cōtingit vt ea re minus Agelastus vt ait idem vocaretur. Semper idem vultus: scilicet in Socra te. A qua is figitur vultus mo do hylaris modo turbatus est put mente leti sumus aut tri stes: vnde a verbo volo nomē accepit vt ait Caper vultus fi gi & mutari potest: facies nō potest: a vultu vultuosum fit: quod triste significat vultuo se loqui apud donatum signi ficat facie mesta & fonte sub ducta: vultuosa frōs apd Apu leium: pro mesta. Lucretius dixit vulta neutro genere: vul ticulus diminutiuo vocabulo

Vultus Vultuosum Vultuose. Vulta Vulticulus

cipimus. Iure autem erat semper idem vultus cū mētis a qua is fingitur nulla fieret mutatio. Quare accipio equidē a cyrenaicis hec arma contra casus & euentus. quibus eorum aduenientes im petus diuturna premeditatione frangā tur. simulq; iudico malum illud opinio nis esse nō naturæ. si enim in re essent cur fierent prouisa leuiora. sed est ijsdē de rebus qd dici possit subtilius si prius Epicuri sententiam viderimus. qui sem set necesse esse omnes ægritudine esse qui se in malis esse arbitrentur siue ille ante prouisa & expectata sint: siue iue terauerint. nā neq; vetustate minui ma la: nec fieri premeditata leuiora stultāq; etiam esse meditationē futuri mali aut

dicitur: vultus nullo in animante est præter ho minem cuius v'm græci norunt: nomen omnino non habent: vt docet Mar. Tullius in primo de legibus. Neq; vetustate minui mala. Aduersus hanc epi curi sententiam est illa Seruii Sulpitii in vulgata sententia nullus est dolor: quem longinquitas temporis non minuat ac conterat. Seneca quoq; in libro de consolatione ad Martiam: Dolorem inquit dies consumit licet continua- cissimum & quottidie resurgentem: longinquitas enim & dies medicina est tarda qu dem sed tamen magna inueterati doloris. Cicero tamen in epistolis ad Atticum de exilio suo quærens ait. Dies non modo non leuat luctum hunc sed etiam auget: nam cæteri dolores mitigantur vetustate: hic non po- test. non & sensu præsentis miseriæ & recordatione Preterite vitæ continus

Dolorē cōsumit dies.

UVA. BHSC. IyR_246

augeri. Stultam prēmeditationem futuri mali subscribit huic Epicuri sentētiæ Seneca qui in epistolis moralibus ait illud tibi prēcipuo ne sis miser ante tempus: cum illa quę velut imminentia expauisti: forte nunquam ventura sint quędam nos magis torquent q̄ debent: quędam ante torquent q̄ debent: quædam torquent cum omnino non debeant: profecto qui prēmeditatur futurum malum. Iam inde: ex animo sit miser: anteq̄ fato fiat miser: prēsens autem tēpus futuri metu perdere est sine dubio stultū: hoc est qđ itelligi voluit maximus poetarum cum ait. Cur ante tubā tremor occupat artus: qd dementius q̄ angi futuris. Et in malo esse ante malum: acersere tibi miserias: quas optimum est differre si discutere non possis. Sūt ergo isti loci communes dicere pro malorum meditatione & contra prēmeditationem futuri mali: rhetoricari quod mala prouisa leniora sunt: et p̄ nō sunt. Ne sis miser ante tēpus. Prēmeditatio mali noxia.

fortasse ne futuri quidē satis esse odiosū malum omne cum venisset. Qui autem semper cogitauisset accidere posse aliquid aduersi ei fieri illud sempiternum malum si vero ne futurum quidem sit frustra suscipi miseriā volūtariā. Ita semp angi aut accipiēdo aut cogitādo malo: Leuationē aūt ęgritudis i duabus rebꝰ ponit a vocatiōe a cogitāda molestia

Auocatione a cogitanda molestia: tristitiæ nubilum tunc ex animo discutitur: tunc mens nostra serenitate perfunditur: quando abstrahitur a cogitatu molestiarum rerumq̄ aduersarum: & reuocatur ad contemplatum prēteritarum voluptatum. Ideoq̄ dicebat Ouidius. Iuuat o meminisse beate temporis: et Epicurus ait: voluptatum perceptarum recordatio beatam vitam facit: qui moriens dum torqueretur: vesicę intestinorumq̄ cruciatibus dixit cōpensabatur tamen cum his omnibus animi letitia: quam cupiebam memoria prēteritarum voluptatum: Nam cum in tria tempora vita mortalium diuidatur: quod est: quod fuit: quod futurum est: ex his quod agimus breue est quod acturi sumus dubium: quod egimus certum: hoc enim prēteritum tempus est: illud in quo fortuna ius perdidit: quod sapiēti vacat respicere: cui iucunda est prēteritæ vitæ recordatio. Et vt inquit epigrāmatarius poeta: Nulla recordāti lux est ingrata grauiq̄: nulla fuit cuius nō meminisse velit hoc est viuere bis vita posse priore frui hæc est: vt ait sanctissime Seneca pars tēporis nostri sacra dedicata omnes humanos casus supergressa. Extra regnū fortunæ subducta quam non inopia non metus non morborum incursus exagitat. Igitur merito Epicurus prēcipiebat animum esse reuocandum ac contemplandas voluptates: quarum prēteritarum recordatio maximum est leuamentum egritudinum: Nam si vt inquit Euripides suauis est prēteritorum malorum memoria: quanto suauior esse debet recordatio prēteritarum perceptarum voluptatum: quæ nobis neq̄ subduci neq̄ eripi possunt ictu fortunæ fulminantis: dixit tamen Marcus Tullius in bruto. Quod prēteritorum recordatio est acerba: et acerbior expectatio reliquorum: sapientes bona prēterita grata recordatione renouata delectant: cum situm sit in nobis: vt

Tristitiæ nubilum

Iuuat o meminisse beati tēporis.

Tria tpa
Quod egimus
Certum
Tēpus ptēritum extra regnū fortunę.

Suauis ptēritorū malorum memoria.

UVA. BHSC. IyR_246

& aduersa quasi ppetua obliuione obruamus: & secunda iucunde ac suauiter meminerimus: sapiens inquit epicurus præterita grate meminit: & præsentibus ita potitur: vt animaduertat quanta sint ea: q̃que iucunda: neq; pẽdet ex futuris: sed expectat illa fruitur præsentibus. Parere: obtemperare: obsequi. Cum cecinit receptui: puerbialiter: cum reuocauit mẽtem a contemplatu miseriarum. Canere receptui uerbum est militare: quod significat post conflictum milites a pugna esse reuocandos recipiendosq; in tutum: intra castra: quod fit cantu tubarum & clangore: sicut canit bellicum: cum initur ipse conflictus & milites in pugnam prodeunt. Quintilianus in. xii. de oratore loquẽs: sic inquit quare anteq̃: in has ætatis ve niat insidias receptui canet: & in portum integra naue perueniet. Vegetius: tubicines ad bellum vocant milites rursum receptui canentes reuocant. Spe sequentium: futurarum voluptatũ. Epicurei suo: mos Epicureorum est: vt citra eloquẽtiam & dialecticos neruos explicent dogmata doctoris: qui dialecticam repudiãt tanq̃ deuios agentem Dicere solebat Epicurus: omnem disciplinam fuge. Obtũdat: hebetet: infringat debiliter & obtusam reddat egritudinem: alias obtũdere est aliquid vt docet Donatus sæpe odiose repetere: translatum a fabri malleo. Terentius: ne me de hac re obtũdas sepius obtusum dicimus ingenium hebes. Crassum & sine acumine: sic egritudo obtũdi dicitur: quando retusa: debilitataq; non fodicat: neq; vires pungendi habet sicut ferrum obtusum dicitur quod mucronatum non est: neq; acute perforat. Meditatio conditionis: Repete illud: nihil est quod tam obtundat egritudinem q̃ meditatio conditionis humanæ. Nihil ita obtundit egritudinẽ q̃ vitæ lex: q̃ est ipsa ratio. i. iugis cogitatio pereũdi: vel vt alii codices habẽt parẽdi. s. necessitati interueniẽtiũ infortuniorũ. Nãvt inqt ille. Durũ sed leuius fit patiẽtia: quicqd corrigere est nefas ait Cleãtes. dicor

Sapiẽs non pendet a futuris.

Canere receptui.

Canit belli cum.

Dialecticã repudiant.

Obtusum ferrum.

Dictũ cleantis

& reuocatione ad contemplandas voluptates. Parere enim censet animum rationi posse & quo illa ducat sequi. Vetat igit̃ ratio intueri molestias. Abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miserias contemplandas a quibus cum cecinit receptui: impellit rursum/ & incitat ad conspiciendas totaq; mente contractandas varias voluptates quibus ille & præteritarum memoria/ & spe consequentium sapientis vitam refertam putat. Hæc nostro more nos diximus Epicurei dicunt suo: Sed quæ dicam videamus quomodo negligamus. Principio male reprehendunt præmeditationem rerum futurarum. Nihil est enim quod tam obtũdat eleuetq; ægritudinem quam perpetua in omni vita cogitatio. nihil esse quod accidere non possit: q̃ meditatio condi

UVA. BHSC. IyR_246

parēs celſiq; dominator poli quocūq; placuit nulla parendi mora eſt: adſum in piger: dixit: M. Tullius in epiſtola ad Au. Cecinū: qđ leuat dolorē cōmunis quaſi legis & humanæ cōditionis recordatio. Mœret: triſtis eſt & meſtus Primum explicat ſpeciatim: q̄ ſit triplex cōſolatio cōtra caſus aduerſos. Diluit: reſoluit: & eneruat: quēadmodum vinū aqua dilutū ſubneruatur. Diluere dicūtur oratores quādo refutāt ac refellūt obiectiones aduerſarii. Diluis heleborum dixit Perſius p eo qđ eſt medicamētis tēperans. Diluere enim temperare eſt: vt docte agretius grammaticus. Dilutum vinū dicitur aqua tēperatū cōmixtūq;. Martialis Diluti bibis vnciā falerni: pcipit celſus æſtate dilucius eſſe bibēdū. i. aquatius vinū: corrigēdus eſt obiter paſſiue error: neotericotorū. i. recentiorū: q lymphatū vinū vſurpant p dilutū: quod q̄ recte ip ſi viderint: ego ſentio & mecum quiſquis bene ſentit lim phatū dici furibundum veſanum: baccabundum: lymphatos cōmota mente homines dixerūt noſtri quales dicūtur laruati & ceriti. Et lymphare ſignificat veſanū facere & furiare: vt apud Valeriū flaccū lymphauerat vrbē. apud Statiū. It limphāte deo qs neſcit a Virgilio dici lymphatā reginā: p mēte cōmota & furiata. A lympha fit verbū lymphor inqt Priſcianus: nā qcū q̄ effigiē nymphę: a q̄ lipha diciturviderit furere nō ceſſat quos græci νυμφολήπτους latini lymphatos vocāt: & in hoc ſemp ſignificatu: qđ eq-

Dilutū vinū

Error cōis.

Lymphatū vinum non dici.

Lymphati hoies.

Laruati.

Lymphare

Nimphole pti.

tionis humanæ: q̄ vitæ lex commentatioq; pereundi. quæ non hoc affert vt ſemper mœreamus ſed vt nunq̄: ueq; enim qui rerum naturam qui vitæ varietatem/ qui imbecillitatem generis humani cogitat: mœret cum hæc cogitat: ſed tum vel maxime ſapientiæ fungitur munere. Vtrumq; enim conſequitur vt & conſiderandis rebus humanis proprio philoſophiæ fruatur officio: & aduerſis caſibus. Triplici conſolatione ſanetur. Primum q̄ poſſe accidere diu cogitauerit: quæ cogitatio vna maxime omnes moleſtias extenuat & diluit. Deinde q̄ humana ferenda intelligit: poſtremo quod iubet nullum malum eſſe niſi culpam. Culpā autem nullam eſſe cum id: quod ab homine non potuerit pręſtari vt non eueniret: euenerit Nam reuocatio illa quam affert: cum a

dem ſciam apud veteres vſurpatur: nuperi nouitiiq; ſcriptores qa lympha eſt aq̄: crediderūt cōgruēter dici lymphatū vinū p aquatū: ſed potior apd me eſt auctoritas veterū: ad q̄ perinde atq; ad anchorā cōfugimus. Nullū malū niſi culpā: ex doctrina ſtoicorū: q aiūt nullū eſſe malū niſi turpitudinē: niſi culpā: niſi improbitatē: vacare autē culpa i calamitatibus magnū eſt ſolatiū: vt ſcribit. M. Tul. i epiſtola ad. C. mariū. Idēi epiſtolis ad torquatū in hāc ſentētiā

UVA. BHSC. IyR_246

Nihil pstādū pter culpam.

sic infer. Simo igitur ea mēte: q̄ ratio & veritas p̄scribit: vt nihil i vita nobis p̄stādū p̄ter culpā putemus: eaq; cū careamus: oīa humana placata & moderate feramus. Pręstari: p̄stare verbū est iuriscōsultorū qđ sīgnificat cauere & satisfacere: q. idētidē scribūt p̄stādū esse dolū p̄stādā noxā: & alia cōsimilia Au. Gellius ait: pileatos seruos venū solitos ire quorū noie vēditor nihil p̄staret. Id ab hoie p̄stari posse dicitur: qđ in hoīs potestate est. vt fiat vel nō fiat: sed mala multa q̄ eueniūt q̄ ab hoie p̄stari nō possunt: ea nō habēda esse dicūt i malis neq; culpæ affinia: alias p̄stare est excellere ac supare. Fodicantibus: lācinātibus: laniātibus: fodiētibus. Quę essent hoie dignissima virtutes intelligit q̄ vel sola bona vel maxima bonorū sentiūt esse nobilissimi philosophi.

Peruellere.

Peruellere: vellicare & vellicatiōibus qbusdā pstringere: & pūctiū culis cruciare verminationibus torquere.

Vis virtutis

Magna vis est in virtutibus: ea vis virtutum est vt fortunę fulmināti non succūbāt vt supra fortunā sint nō infra collocatę: muro i expugnabili septæ: quē fortunę tela nō trāseunt: virtuti opposita nihil detrahunt sibi eadē est: & more solis obscurivim suam occultam excercet: hoc itaq; vt inquit optime Seneca aduersus virtutem possunt calamitates & damna & iniuriæ: quod aduersus solē potest nebula. sensus est Ciceronis fortunam vellicare qdem posse: sed frangere penitus non posse virtutum sepimenta: quas ait excitandas esse sicut vigiles somno conniuentes excitari solent ad impetum hostis supprimēdū retūdendumq;. Princeps fortitudo: cuius virtutis principale officium est in laborum

Aduersus solem.

contuendis nos malis auocat nullla est non est enim in nostra potestate fodicantibus his rebus/quas malas esse opinemur dissimulatio vel obliuio. Lacerant vexant/stimulos admouent/ignes adhibent/respirare nō sinunt/& tu obliuisci iubes quod contra naturam est. Quod a natura datum est auxilium extorques inueterati doloris. est enim tarda illa quidem medicina: sed tamē magna quam affert lōginquitas & dies. Iubes me bona cogitare obliuisci malorū Diceres aliquid & magno quidem philosopho dignū: si ea bona sentires esse quæ essent homine digissima. Pythagoras mihi sic diceret/aut socrates/aut plato. Quid iaces/aut quid męres/aut cur succumbis/cedisq; fortunę? quę peruellere te forsitan potuerit/& pungere: nō potuit certe vires frangere. Magna vis est in virtutibus/eas excita: si forte dorminunt. Iam tibi aderit princeps fortitudo/quæ te animo tanto esse coget/vt omnia quæ possent homini euenire cō

UVA. BHSC. IyR_246

perpessione & doloris mortisq; cõtẽtione. Aderit tẽperãtia cuius dominatio est in despicier dis voluptatibus & in decoro seruando. Iam minimum loci sensus est in causa miseriarum molestiarumq; plurimum loci sibi vendicat iusticia: cuius partes sunt: aliena non capere. Ius suum vnicuiq; tribuere: qui autem natus est conditione mortalitatis iniustus fit: dum postulat esse imortalis. Appetit. n. id qđ alienũ est ab humana natura. Itẽ iniustus est dum more mali debitoris grauiter fert reddere creditori quod acceperat mutuũ: est. n. pessimi debitoris creditori mutuum repetendi facere conuitium. Idem iniusti hominis nolle est reddere vitam naturæ reposcẽti: q̃ ac ceperat precario: sapiẽs. n. est precarii spiritus: & vt inqt Seneca seipsum inter pcaria numerat: quicquid nobis est ex aduentitio fulget liberi honores: opes: latifundia alieni commodatiq; sunt: alia ex his primo die: alia secundo repetuntur: oportet nos: si iusti esse volumus. In promptu habere & appellato reddere ea: quæ mutuo accepimus: quorum vsus fructus tãtum noster est. Quidam codices habent: cui minimum esse videtur in hac causa loci. Quæ lectio purior est & speciosior vt sit sensus: in hac egritudinum causa vix esse locũ iusticiæ. Prudentia cuius munus est commoda & aduersa distinguere: bona & mala inter noscere. Virtutem sese esse contentam: cecinit Silius in xiii. Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces in

Pessimi debitoris creditori facere cõuitium. Aduenticia omnia.

temnas & pro nihilo putes. Aderit temperantia quæ est eadem moderatio: a me quidem pauloante appellata frugalitas/quæ te turpiter nequiter facere nihil patiatur. Quid est aut nequus aut turpis effœminato viro? nec iusticia qdem sinet ista facere: cui minimum esse videtur in hac causa loci: quæ tamẽ ita dicet dupliciter esse te iniustum, & cum alienũ appetas qui mortalis natus conditionem postules immortalium: & graviter feras te quod vtendum acceperis reddidisse. Prudentiæ vero quid respõdebis dicenti: virtutem se esse contentam quomodo ad bene viuendum/sic & ad beate/quæ si extrinsecus relligata pendeat/& non oriatur ex se/& rursus ad se reuertat/& oia sua cõplexa nihil quærat aliunde: nõ intelligo. cur autvet

nouissima tusculana disputabitur an virtus sola sufficiat ad beate viuẽdũ. Ad beate: qdã autumãt virtutẽ seipsa esse cõtẽtã: solãq; sufficere ad beneviuẽdũ sed ad beateviuẽdũ nõ esse satis idoneã: tãq̃ aliud sit bene viuere: aliud beate viuere: vt beneviuere sit hõeste laudabiliter recte qđ etiã i tormẽtis esse põt beate autẽ viuere sit i felicitate: & voluptatibus affluẽtioribus degere: ad qđ virtus sola nõ sufficit: sed apud stoicos beneviuere & btẽviuere nõ se iũgũtur

Beneviuere beateviuere

UVA. BHSC. IyR_246

Philoſophia ſimilis ouo.

Virtus inſtar orbis.

Teres atq; rotūdus.

Doctrinæ encycliæ.

Pugnat ſecū epicur⁹.

Vmbratici Epicurei.

Epicurus mō voluptarius: modo ſeuerus.

ſed opulantur: ideoq; qui bene viuit ex illorum ſententia is beate viuit: & ita virtus ſe ipſa contenta eſt ad bene beateq; viuendum. Quę ſi extrinſecus religata: ſtoici dicunt philoſophiam ouo ſimilem eſſe: aſſimilantes logicē putamini. ethicen albumini phyſicen luteo ſiue vitello interiori: cōſimiliter virtus orbi rotundo orbiculataq; figurę cōparatur: quę nullarum egens compaginum ſe includit & cōtinet: nec finem aut initiū vllis ſui partibus ſentit. In hanc ſentētiam dixit Oratius in ſecūdo ſermonum: fortis & in ſe ipō totus teres atq; rotundus. Externi ne quid valeat per lęue morari. In quem manca ruit ſemper fortuna conſimiliter Virgilius. Virum bonum ſapiētemq; graphice deſcribēs ait: Securus mundi inſtar habens teres atq; rotundus: externęne quid labis per lęuia ſidat. Itaq; virtus non debet veluti appendix eſſe & conſe quia extrinſecus religata. ſed a ſe ipſa progrediens in ſe ipſam reuerti inſtar orbis. Doctrinæ quoq; apud veteres dictæ ſunt encycliæ quaſi orbiculares: quoniam connexione quadam vti corpus vnum cōpoſitæ ſunt & coagmentatę. Ad hęc bona: virtutes intelligit: quæ ſunt bona homine digniſſima: nō autē voluptates Epicuri. Quas ſuſpendendum eſt & cum interrogatione ꝓnūciandū. Solent iſti negare Doctrina epicuri modo voluptaria dicitur: modo ſeuera & ſancta: quæ inter ſe pugnantia ſunt cuius rei cauſa eſt: quia Epicurus ſecum ipe pugnat ac diſſidet. Seneca libro quarto de beneficiis delicatam vocat: & vmbraticam turbam epicureorum in conuiuio philoſophātium apud quos virtus voluptatū miniſtra eſt: illis paret illis deſeruit illas ſupra ſe habet. aliubi quoq; inquit epicurum corpori plurimum indulſiſſe: tanq; philoſophum voluptarium. E cōtrario in libro ad Gallionem de vita beata. Dicit epicurum ſancta & recta ꝓcipere: et ſi ꝓpius acceſſeris triſtitia: cuius voluptatē ait eſſe ſiccam ac ſobriam: plęriq; omnes dicunt ſectam Epicuri flagitiorum magiſtram eſſe: et voluptatum ducem cum voluptate ſummū bonū metiatur. Defenſores ſectator eſq; Epicuri ita defendunt doctorē vt dicantnos nō in-

tanto opere expectanda videatur. Ad hęc bona me ſi reuocas epicure pareo ſequor/ vtor te ipſo duce obliuiſcor etiam malorū vt iubes eoq; facilius ꝙ ea ne in malis quidem ponenda cenſeo/ſed traducis cogitationes meas ad voluptates/ quas corporis credo/ Aut quæ propter corpus vel recordatione vel ſpe cogitantur. Nunquid eſt aliud? recte ne interpretor ſententiam tuam ſolēt enim negare nos intelligere quid dicat Epicurus. Hoc dicit. & hoc ille gręculus me audiēte athenis ſenex zeno iſtorum acutiſſimus contendere/ & magna voce dicere ſolebat eū eſſe beatum/ qui pręſentibus voluptatibus fruetur. Conſideretq; ſe fruiturum aut in omni aut in magna parte vitæ/ dolore

UVA. BHSC. IyR_246

telligere de qua voluptate Epicurus loquatur: tanq̃ non in voluptate gustus & tactus corporis summū bonū collocet: sed in voluptate animi & in indolētia: hanc autē sententiam corroborant auctoritate verbisq̃ ipsius Epicuri ira scribētis: cum dicimus voluptatē finē esse nō luxuriosum voluptates easq̃ que in gustu sunt positæ: vt quidam ignorantes aut a nostra sentētia dissentientes aut male accipientes arbitrantur: sed non dolere corpore: animoq̃ trāquillum esse & perturbatione vacare dicimus: hæc qdem Epicurus vno in loco: sed alibi voluptatem illam: quæ ex tactu gusta statu: & sensibus pcipitur plane ac pspicue esse dicit beatæ vitæ effectricē. Vnde nō immerito: cum varia tradat: varie male audit & bene audit: nunc Cicero vērba ipsa Epicuri interprætatur: ne possint epicurei ire inficias & negare hoc esse dogma doctoris sui. zeno: fuit hic epicureus. M. Tullii synchronos hoc est æqueuus & vt dici solet contemporaneus. Alius fuit zeno eleates: alius zeno cithicus secte stoice conditor de hoc zenone epicureo meminit in primo de finibus: sed eum cum attico frequēter audiuisse testatur epicuri sententias explicantē. Futurum breuē ex disciplina Epicuri hoc est. Dolor si sumus breuis: i

zenones.

non interueniente/aut si interueniret si sumus foret/futurum breuem/ si productior plus habiturum iucundi q̃ mali. Hæc cognitantem fore beatum præsertim si & ante preceptis bonis contentus esset/nec mortem/nec deos extimesceret. Habes formam Epicuri vitæ beate verbis Zenonis expressam: nihil vt possit negari. Quid ergo/huius ne vitæ proposito & cogitatio aut Thyestem leuare poterit aut poetam de quo paulo ante dixi aut Telamonem pulsum patria exulantem atq; egētem in quo hæc admiratio fiebat. Hiccine est Telamon ille/modo quem gloria ad celum extulit quem spectabant:

longus leuis. Si productior: si longior sit dolor Columela flagellū vocat productissimū q̃d longissimū est: inuitibus: perniciosissimūq̃. Preceptis bonis prægustatis: & ante captis. Quid ergo: hinc Cicero incipit reprehendere dogma epicuri: formulamq̃ de vita beata. Thyestē leuare: recreare: releuare: leuiorē facere egritudinem in thyeste. Virgilius inuisum numen terras celumq̃ leuabat: alias leuare prima longa significat expolire & leuor p pollitura & nitore ponitur. Aut telamonē pulsum: hercules in expugnatione troiæ interfecto laomedonte telamonem coronauit ob egregia virtutis merita: cum primus vi troianos muros ascendisset atq; vrbem introisset: eiq; tradidit hesionem filiam laomedontis ex qua natus est teucer: fuit autem telamon eaci filius Pelei frater: qui ex egina insula patris regno pulsus in exilium: petiit salaminam: vbi ducta vxore nomine Glauca cychrei salaminiorum regis filia imperauit illi insulæ. peleus ob fratricidium extorris in thessaliā fugiēs pur

Productior

Telamon.

Peleus fratricida

UVA. BHSC. IyR_246

gatus est ab Acasto rege: & in participatū regni ascitus. Hiccine est telamon verba sunt opinor ex ennii tragedia: nam Nonius marcellus citat ennīū in Telamone. Cuius ob os: in laudem telamonis hoc dictū est a tragico poeta: qđ tanta fuerit telamonis virtus & gloria: vt græci ad illū os spectandū oēs ora cōuerterēt. De alcibiade quoq; pditū est: qđ in illū vniuersa ciuitas athe

Oculi oīm i alcibiadē.

niēsīū oculos. In illū suspēsa ora cōuerterat alcibiadē qua si de cęlo missum contuētes admirabantur: quinetiā Cicero noſtro glorioſior impēdio gloriatur idem sibi accidisse qđ telamoni: vt esset cunctis ex admiratione spectabilis: vsurpatq; hūc versum de semetipso: sic enim scribit in epistola ad papirium petum. In eo igitur inquis conuiuio Cicero ille: quē spectabant: cuius ob os graii ora obuertebāt sua: ob os autē signifícat ad os: antiquos enī vsos esse ob p̄positione p ad testis est ennius q ait acherōtē obi bo p adibo. Itē omnes occisi occesīq; in nocte serena id est accēsi. Dicebaturq; quoq; ob moueo p admoueo: obiacent pro adiacent. obiurare p adiurare. & cūplura hoc genus. Animus re concidit. i. alacritas & vigor animi cecidit corruitq; cū iactura regni. Naturaliter enim accidit vt q rem amittat: animo quoq; concidat ac debilitetur: cū ex opibus cōfidentia pgignatur: & ex re animus fiat impēsior. & hic est verior sensus ac purior lectio q̄ si legas animus rē cōdidit p cōstituit. Quāq; id nō vocatur voluptas. In natura rerū tria sunt. vnū cū in voluptate sumus: alterū cū in dolore: tertiū cū nec i dolore nec in voluptate (verbi gratia) vt in voluptate sint q epulētur. In dolore q torqueātur. Interiecti & intermedii fiunt: nec letantes nec dolētes. Ex quo liquet erasse epicurū a quo dicitur omnē q sine dolore sit esse i summa voluptate. In eo igitur q nō est. Eū q nō sit i dolore nec i statu dolēdi: nō statī dicimus frui summa voluptate: pterea qđ talis nō dolēdi status nō vocatur voluptas. & q sine dolore est nō cōtinuo dicēdus est esse i summo bono: cū si cut iam docuimus aliud sit i dolore: aliud i voluptate esse. Plato i phlebo testis est tertiū esse statū neq; mętētis neq; gaudētis. Cōtinuo statī. Quid tergi

Obibo pro adibo.

Occēsi pro accensi.

Tria in rerū natura.

Aliud non dolere

Aliud i voluptate esse.

cuius ob os graii ora obuertebant sua. quod si cui vt ait idem simul animus re concidit a grauibus illis antiquis philosophis petenda medicina est non ab his voluptarijs: quam enim isti bonorum copiam dicūt. Fac sane summum bonum esse non dolere: quāquam id non vocatur voluptas: sed non necesse est nunc omnia: id ne est quo traducti luctum leuemus. Sit sane summum malum dolere. In eo igitur qui non est, si malo careat continuo: ne fruitur summo bono. Quid tergiuersamur epicure? nec fatemur eam nos dicere voluptatem: quam tu idem cum os perfricuisti soles dicere: sunt hæc tua verba necne? In eo quidem libro qui conti-

UVA. BHSC. IyR_246

eſt: pila luſit: quem Plinius repulſis tanq̃ honoribus ineptis gaudere ſolinũ apud Valerium caput eſt de repulſis: quo enumerat exẽpla clarorum virorũ qui repulſis ſugillati fuerunt: inhonoratiq; diſcederũt. M. Tullius in oratione p plantio aliquot commemorat repulſa notatos: & a populo ꝓteritos in petitione magiſtratus. Priuatim ocium ante tulerunt. M. Tul. in oratione p cluentio: viros clariſſimos pcenſet: qui petitionẽ honorũ relinquentes vitam tranquillam & quietam remotam a pcellis inuidiarum ſequi maluerunt. Epicurus ait ſapientem non acceſſurum ad rẽpublicam: cleantes: chryſippus zeno: nemo illorum rẽ publicam adminiſtrauit: philoſophi pene omnes in ocio litterario vixerunt: multi vt verbis. M. Tul. vtar: & ſunt: & fuerunt qui tranquillitatem expetẽtes a negociis publicis ſe remouerunt: ad otium q̃p fugerunt fuit temporibus tyberii principis quidam nomine vacia: nulla alia re quã otio notus: & ob hoc vnum: qã in otio conſenuerat felix habebatur: de quo exclamabant omnes: o vacia ſolus ſis viuere. Cauendum tamen eſt ne dum ſolitatẽ eligimus & vitam ocioſam cõcupiſcimus nec nobis: nec aliis viuamus ſicuti quidam q ſe inertiæ: & vẽtri: ſomno & libidini dediderunt: qui lucifugi: nec oriẽtem viderunt: ſolem nec accidentem: qui dum nemini viuunt: nec ſibiipſis vixerunt.

Exẽplũ vaciæ.

O vacia ſolus ſis viuere.

quidem propter idipſum beatiores: eorumq; qui priuatum ocium negociis publicis ante tulerunt: nominatim laudatur vita/nec ſiletur illud potentiſſimi regis. Anapeſtũ/qui laudat ſenem & fortunatum eſſe dicit/q̃ inglorius ſit atq; ignobilis ad ſupremum diem peruenaturus: ſimiliter commemorandis exemplis orbitates quoq; liberorum prædicantur: eorumq; qui grauius ferunt luctus aliorum exemplis leniũtur: ſic perpeſſio cæterorum facit vt ea quę acciderint multo minora quam quanta ſint exiſtimata videantur. Ita fit ſenſim cogitantibus: vt quantum ſit emen tita opinio appareat. Atq; hoc idem & Telamon ille declarat: ego cum genui moriturum ſciui & cætera. & Theſeus, futures mecum commentabar miſerias

Anapeſtus.

Anapeſtum: carmen veteris poetæ. Anapeſticum ſignificat conſtans anapeſti pedibus: fit autem anapeſtus pes: ex duabus breuibus & lõga. Potentiſſimi regis forſan agamẽnon ſignificatur: ſiue priamus: inductus in tragedia: ſic apud Senecam in tragedia oedipus: damnat vitam regiam: eiq; quietam anteponit: cum ait: quiſquam ne regno gaudet o fallax bonum: quantum malorum: quam fronte blanda regis. Ignobilis: ignotus non cognobilis. Democritus veni inquit athenas & nemo me nouit: vt inquit Seneca: qui vixit notus omnibus ignotus moritur ſibi. Orbitates liberorum: ſicut pauli emylii Xenophontis: Anaxagoræ & aliorum: qui filiorũ obitũ forti ſubnixoq; aĩo

Ignobilis.

UVA. BHSC. IyR_246

tulerunt: Ego cum genui: supra dictum est. Telamonem audito filiorum interitu dixisse laudabiliter. Ego cum genui: cum morituros sciui. Futuras cōmentabar: apud euripidem: vt ante dictum est sic loquitur Theseus: futuras mecum commentabar miserias aut mortem acerbam: aut exilii mestam fugam. Qui ante meditantur: vt iam sæpius dictum est: quicquid expectandum est diu: leuius accedit: & puisa oīa leuiora fiunt. Dies temporis lōginquitas. Illos: qui ante meditātur. Hos: quibus medetur dies. Pares casus: exempli causa: orbitas filiorum: exilium: amissio patriæ: & alia hoc genus. Grauius etiam tulisse: non absimile est scitum illud solonis qui cum lachrymabundus lugeret defunctum filium dicereturq; sibi a quodam: at nihil proficis: respondisse fertur: at propter hoc ipsum illachrymo: quia nihil ꝯficio. Nemo expers mali: cum natura magis nouerca sit mortalibus: q̄ mater: fit vt nullus ex omni parte beatus existat itaq; cum mortalium nemo fęlix merito dici possit indulgēter fortuna deciditur cum illo qui iure dici non infęlix potest. Nemo mortalis est: carmen est euripidis: verissime sanctissimeq; conscriptū: quo nihil verius esse potest: cum nullus mortalium vllo vnq̄ tempore fuerit nec futurus sit sine morsu doloris & morbi cruciatu. Ergo pro miraculo & id solitarium reperitur exemplum: videlicet. xenophilum musicum centum & quinq; annis vixisse sine vllo corporis incommodo. potuit id quidem fieri: vt corpore non egrotaret. sed vt omni penitus animi egritudine imperpetuum careret: impossibile est nec fieri potuisse in-

& Anaxagoras: sciebam me genuisse mortalem. Hi enim omnes diu cogitantes de rebus humanis intelligebāt eas nequaquam pro opinione vulgi etiam extimescendas. Et mihi quidem videtur idem ferre accidere ijs qui ante meditantur quod ijs: quibus medetur dies nisi quod ratio quædā sanat illos/hos ipsa natura/intellecto eo quod remedium illud continet/malum quod opinatum sit esse maximum: nequaquam esse. tantum sui natura vt vitam beatam possit euertere. hoc igitur efficitur vt ex illo nec opinato plaga maior sit: nonvt illi putant vt cum duobus pares casus euenerint/is modo ægritudine afficiatur/cui ille nec opinatus casus euenerit Itaq; ducuntur nonnulli in mœrore: cū de hac communi omnium conditionē audiuissent: ea lege nos esse natos vt nemo imperpetuū esse posset expers mali. grauius etiam tulisse. Quocirca Carneades: vt video nostrum scribere Antiochum: reprehendere Chrysippum

Ideo lachrymo quia nil ꝯficio.

Xenophilꝰ expers morborum.

UVA. BHSC. IyR_246

Pati necesse est multa mala.

dubitanter affirmo. vt. n. inquit scite vereq; nouius poeta: pati necesse est mortalem multa mala. Nequicq̃: fruſtra: cum nulla ſit medela: cum nullis plantibus defuncta reuocentur. Cicero quadam epiſtola: quid angam: cruciem me me: quid deinde aſſequar. Vita metenda: tranſlatio a frugibus q̃ maturæ metũtur. Oratius in epiſto. Emittit orcus grandia cum paruis non exorabilis auro fruges autẽ metuntur: tri-

Triplex meſſio.

plici genere meſſionis: vnũ vbi falce ſecundum terram ſubſecant frumentum: altero vbi ligneum habent bacillũ incuruũ. In quo ſit extremo ſerrula ferrea. hac ſpicas deſecant: & ſtramenta ſtantia in ſegete relinquunt: vt poſtea ſubſecentur: tertio modo metitur: vt ſtramentum mediũ ſubſecent: a quo medio meſſem dictam putat M. Varro in primo de re ruſtica. Iubet

Meſſis a medio

Anace neceſſitas.

neceſſitas neceſſitatis q̃ græci ανάγκην vocant: a mariſſime ſunt leges truculẽtiſſima imperia inſuperabilis vis meritoq; ait Plato in protagora: neceſſitati nec deos quidem repugnare. Liuius conſimiliter: pareat inquit neceſſitati: q̃ nec dii quidem ſuperãt. Ne-

Neceſſitas feriis caret

ceſſitas vt ſcite dixit cato: feriis caret. Plato: plotinuſq;

Parcę neceſſitatis filię.

platonicus parcas aiũt filias eſſe neceſſitatis: q̃ ineffugibilis eſt vt inqt Apuleius. Deũq; ſemper & vbiq; vltrix comitatur: eadem neceſſitudo dicitur quã Mar. Tullius ſic ſcribit in ſecundo rhetoricorum: puto eſſe hant neceſſitudinem. Cui nulla vi reſiſti poteſt: quæ neq; mutari neq; leniri poteſt: vt corpus mortale aliquo tẽpore interire neceſſe eſt: atq; ita neceſſe: vt vis poſtulat neceſſitudinis: cui nulla vi reſiſti poteſt. Negabat: ſcilicet carneades reprendens Chryſippum fulcientẽ porticum ſtoicorum. Ad maleuolos conſolandos: maleuoli ſolatii vt inquit Seneca: genus eſt turba miſerorum. Longe ſecus: longe aliter quam carneadi. Admonet eſſe hominem. quid eſt homo inquit Seneca: quodlibet

Homo qd.

paſſum vas & fragile iactu. Quid eſt homo: imbecilliſſimũ corpus & fragile. Plinius in ſecũdo: nihil homine miſerius eſſe ait. Nihil ſuperbius: ab eodem mortalitas fragilis & laborioſa nominatur: idem aliubi dixit: is domũ pfecto vitam æqua lance penſitabit. qui ſemper fragilitatis humanæ me-

ſolebat laudantem euripideum carmẽ illud. Nemo mortalis eſt quem non attingat dolor/morbuſq;. Multi ſunt humandi liberi/ rurſum creandi. Morſq; eſt finita omnibus: quæ generi humano angorem nequicquam afferunt. reddenda eſt terræ terra, Tum vita omnibus metenda/vt fruges: ſic iubet neceſſitas negabat genus hoc oratiõis quic quam omnino ad leuandam ægritudinem pertinere. Id enim ipſum dolendum eſſe dicebat/quod in tam crudelem neceſſitatem incidiſſemus. Nam illam quidem orationem ex commemoratione alienorum malorum ad maliuolos conſolandos eſſe accomodatam. Mihi vero longe videtur ſecus: nam &

UVA. BHSC. IyR_246

mor fuerit. miserrima est profecto hominis dente ictus intereat: cum anacreon acino vuæ ctis austuvno pilo strangulatus sit. Dixitolim magno: ex indulgentia fortunæ conditionem

necessitas ferende conditionis humanæ quasi cum deo pugnare cohibet: admonetq; esse hominem: quæ cogitatio magnopere luctum leuat/ & enumeratio exemplorum: non vt animum maliuolum oblectet. affertur. sed vt ille qui mœret ferendum sibi id censeat quod videat multos moderate & tranquille tulisse. Omnibus enim modis fulciendi sunt qui ruunt/ nec coherere possunt ꝓpter magnitudinē ægritudinis. Ex quo ipsam ægritudinem lypin Crysippus/ quasi lyin: id est solutionem totius hominis appellatam putat quæ tota poterat euelli explicata vt prīcipio dixi/ causa ægritudinis. Est enim nulla alia nisi opinio & iudicium magni præsentis atq; vigentis mali. Itaq; & dolor corporis cuius est mortis acerrimus perfert̄ spe ꝓposita boni. Et acta ætas honeste ac splendide tantum fert consolationē/ vt eos/ qui ita vixerint aut nō tangat ægritudo: aut leniter pungat animi dolor sed ad hanc opinionem magni mali

conditio: cum tantalo serpentis passe: cum fabius senator in legatus scytharum Alexandrom humanam obliuiscenti: si deus extribuere mortalibus beneficia debes: sin autem Homo es: id quod es semper esse te cogita. Qui męret: in luctu & męrore est. Enumeratio exemplorum: potentiora sunt sæpissime exempla quam rationes philosophorum & magis mouent. Ideoq; Mar. Cicero in oratione de prouinciis consularibus: sibi omnium consiliorum atq; factorum: censet exempla: ex summorum hominum factis petenda esse: quærimus enim non cur factum sit quippiam: sed a quo factum: & clari hominis exemplum nobis pro ratione est. Nec coherere præstat in translatione putridi ruentisq; edificii: quod male coagmentatum non coheret: sed hiat ac fatiscit: in quo omnis fultura diducitur: nisi stabilimentis fulciatur. λυπηη λυπεομαι græco sermone dicitur tristior. λυπηριος tristis. λυπη tristicia & dolor. Chrysippus ille in familia stoica famigeratus etymon subtiliter vestigauit huiusce vocabuli existimauitq; dici λυπνη per litteræ immutationem quasi λυσιη. quæ solutio significatur tanq̄ ægritudo siue tristitia hoc est λυπη sit solutio & distractio totius hominis hoc idem sentit Plato in cratylo cum ait, lyppe: id est do-

Anacreō acino vuæ strāgulatus. Dictū scythe.

Exēplorū vis.

Lypę.

UVA. BHSC. IyR_246

Lyſis. Ania. Algedon. Odine. Achthedō.

lor & triſtitia a dialyſeos: ideſt diſſolutione corporis trahi videtur. Nam in huiuſmodi paſſione corpus diſſoluitur: grẽcæ quoq; ania vocatur triſtitia. Algedon cruciatus: ordine dolor: achthedon mœror & langor. Perfertur: patiẽter toleratur: qđ teſtimonio eſt opinionis eſſe non naturæ. Ferre illud egre: ſi perſona nobis cara ac nexu ſanguinis cõiuncta moritur: opinamur officio ſum eſſe & conuenien:: vt doleamus illachrymemus: demonſtremus nos id egro animo ferre: & ex hęc opinione: tanq; id tacere rectum ſit & id oporteat: mœremus & ī luctu ſumus. Pędores muliebre: ſordes. illuuies: ſqualores: vt ſupra docuimus potes ſeiunctim legere pedores vt colon ſubſequatur: muliebres lacerationes genarum quod mulieribus in luctu teſtificando ſolet eſſe familiariſſimū: Vnde lata lex. xii. tabularum eſt: quę vetaret genas a fęminis carpi & lacerari: cuius habita eſt mentio in ſuperioribus. Pectoris percuſſiones: Virgilius expreſſit vtrunq; illo verſu. Vnguibus ora ſoror fedãs & pectora pugnis: pcuſſiones pectoris dicuntur planctus: & plãgere pcutere eſt. Luca. Exigit ad ſeuos famularū brachia plãctus. Et mox paulo plãctu liuentes atra lacertos. Item Silius. Liuentia planctu brachia: apud Ouidiū. plãgebant corpore terram: apud catullum: plangor eſt pro planctu & pcuſſione ſic ſcribẽtem: pcedunt leuiterq; ſonant plangore cachinni. Fęminum: coxarum: femen eſt proprie interior pars femoris: quod euidenter oſtendit Plin. cum ait in. xxviii. fęmina atteri aduriq; equitatu notum eſt femora enim interiora equitando atteruntur: non exteriora: hinc oppido q̃ elegans vocabulum finxit nouator verborum Apuleius noſter: qui inter femineum dixit locos muliebres: veluti poſitos inter femina. et coxas: interiores: grammatici quidam tradunt non inueniri femen caſu recto: ſed ab eruditis vſurpatur: nõ tam p̃rancidas grãmaticales pceptiones: q̃ elegantiã nitoremq; ſectantibus. Agamennon Homericus: apud Homerū in. x. iliados inducitur Agamennon qui ex merore ſomnum capere non poterat cæteris gratam quietem carpentibus qui ſuſpirans gemens oculos ad cęlum tollens vtraq; manu capillum radicitus diſcepebat. Idem actianus: ab actio poeta introductus in tragedia cui titulus eſt agamennon. Idẽtidem: frequenter. Illud bionis. Bion philoſophus boryſthenites fuit: qui ad eum qui fundos ſuos ingluuię vocauerat: terra inq; ambiaraū abſorbuit: ſed terrā tu: hic modo oẽs eſſe ſacrilegos argumẽtis colligebat: modo neminẽ: quiſquis: id quod deorū eſt ſuſtulit ſacrilegus eſt omnia autẽ deorum ſunt: quod quiſq; ergo tollit deorū tollit: quorū

Pedores.

Planctus p cuſſiones. Plangere.

Plangor. Femen. Inter femineum.

Agamẽnon ſcindẽs comam.

Bionis dictū ī gulonem. Oẽs ſacrilegos eſſe.

cum illa etiam opinio acceſſerit: oportere rectum eſſe & ad officium pertinere ferre illud ęgre: quod acciderit: tum demq; efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio. Ex hac opinione ſunt illa varia & deteſtabilia genera lugẽdi: pedores muliebres lacerationes genarū pectoris feminū capitis percuſſiones. hinc ille Agamennon homericus. & idem Acianus/ ſcindens: dolore identidem intõſã comã. In quo facetũ illud Bionis

UVA. BHSC. IyR_246

omnia sunt: ergo quisquis tollit aliqd sacrilegus est: deinde cum effringi tēpla iubet: dicit nullum sacrilegum esse: quia quod sublatum est ex eo loco q deorum erat: in eo transfertur locum q deorum est. Perinde: ita: alias pariter alias multū: alias ꝑinde ac perīde atq; ꝑ tanq̄. Regē agamennonē: qui rex regum dictus est: quem Homerus ποιημενα λλων: id est pastorem populorum appellat. Quasi caluitio facete: id enim magis męrorem auget & dolorem q̄ leuet: cum capilli euelli nō possint sine cruciatu. Augustinus aliquando ex improuiso interueniens oppressit ornatrices filiæ iuliæ: quæ illi præmaturos ac nos vellebant. Interrogauitq; filiam vtrum post aliquot annos cana esse mallet: an calua: & cū respōderet se canam esse malle: sic illi mendacium obiecit: quid ergo istæ te caluam tam cito faciunt. Romani colebant venerem cognomento caluam. nam cum vrbe a gallis capta obsessi in capitolio ex mulierum capillis tormenta fecissent edem veneri caluæ consecrarunt: caluitium vni tantum animalium homini est: vt inquit Plinius in commentariis Suetonii plura de causis caluitii: & de coruis caluis: qui græco vocabulo nominātur phalacrocoraces. Myconii populi insulani caluitio insignes gignuntur: ibiq; omnes calui sunt. Vnde prouerbium græcum φαλακροι μυκονοιοι. hoc est calui Myconii. Et dixit Lucilius Myconi omnis calua iuuentus. Aeschines in demosthenem. Decem oratores simul: athenis vna ciuitas tulit: quorum longe princeps demosthenes ac pene lex orādi fuit: plenior eschines & magis fusus plus carnis habens minus lacertorum: hic in oratione illa luculenta: quam scribit contra Cresiphontem atq; Demosthenem acerrime accusat Demosthenem: quod die septimo post mortem filiæ ante lugendi impletum ante iusta perrecta coronatus: & veste candida indutus hostias immolauerit cū illam amisisset: quæ prima & sola patrem ipsum nuncupabat. Ibiq; rhetoricatus eschines: pandit vela eloquentiæ & fulmina oratoria iaculatur cuius verba subscripsi: quæ sunt hæc qui filios odit & malus est pater nunquam bonus populi gubernator esse potest: nec is qui carissima & familiarissima corpora non diligit & fouet: vnquam nos alienis pluris existimabit: nec qui priuatim est malus: nunquam publice bonus esse potest: nec qui domi est improbus in macedonia atq; in legatione probus foret. non enim mores sed locum mutauit: hactenus eschines cuius verba aperte declarant hominem rhetorice copiose sententiose se inuectum esse in Demosthenem in obitu filiæ nil męrentem. Verba contorquet: iacula & tela oratorum sunt verba ac sententiæ: quibus aduersarios fodiunt & iugulum vt dici solet petunt Martianus capella. instar inquit iouis rhetorica potest fulmina iaculari: hinc translatio illa apud satyrographum speciosa: quæ veniant diuersa a parte sagittæ in primo de oratore: quid inquit tam necessarium quam tenere semper arma

perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere quasi caluitio mœror leuaretur sed hæc faciunt opinantes ita fieri oportere. Itaq; & Aeschines in Demosthenem inuehitur: quod his septimo die post filie mortē hostias immolasset. Ad quam rhetorice q̄ copiose

Nullū esse sacrilegū.

Pastor populorum.

Cani vellebantur Iuliæ.

Venus calua

Decē oratores athenis

Demosthenes.

Verba eschinis

Priuatī malus nūq̄ publicę bon⁹.

Iacula oratorum

Fulminat orator

UVA. BHSC. IyR_246

quibus vel tectus ipse esse possis: vel prouocare improbos: vel te vlcisci lacessitus. Scribit Quintilianus. M. Tullium in causa cornelii armis fulgiētibus esse pręliatum. Pericles dictus est orando fulgare tonare: cuncta permiscere. Solitudines captent: ipse Cicero: męrore exilii confectus sic scribit ad Atticum. odi celebritatem: fugi homines: lucem aspicere vix possum: testaturq; solitudinē sibi fore nō amaram. Caligulæ Romani principis sororē mortuam lugentis solatium animi fui alea. Qui miser in campis. Bellorophontes. cui dii dederunt καλλος κανυορειη ερατεηιη id est pulchritudinem & fortitudinem: amabilē: insimulatus falso est ab antia vxore præti siue sthenobea apud ipsum prætum: quod eam nolentem constuprare vi voluisset. Ex quo prætus indignatus eum perdere destinauit: misitq; cum codicillis ad eurien regem lyciorū: quibus eius mors continebatur: hinc illud plautinum ex bracchidibus: bellorophontē iam me tuus fecit filius. Egomet tabellas detuli vt vīcerer. Itaq; bellorophontes cum tabellas regi obtulisset. primo iussus: aduersus: chymeram: mox aduersus solymos tertio loco contra amazones depugnare semper cum victoria rediit. vnde rex cognosces bellorophontem haud dubie diuinum esse: illi vxorem dedit filiam cum dimidio regni: ex qua tres liberos sustulit. ισαηδρον τε και ιππολοχοηκαι λαοδμιαη. post autem diis factus inuisus filiis orbatus: errabat solus in campis solitudinem captans consortia hominum fugiēs. Quod Homerus græcis versibus duobus sic expręssit ητοι οκαππεδιοη τοαληιοη οιος αλατο. ονθιμοη κατεδον. παοη αηθρπω ηαλε ειηοωη quos Cicero in latinum vertit: qui in omnibus codicibus sic leguntur: qui miser in campis męrēs errabat alienis. Ipse suum cor edens hominum vestigia vitens: nec vllus fere est: quinta legat: quin existimet sensum esse planum & apertum: sed cum primus versus vltimo pede claudicet: quod satis liquet. Curiositas: quæ cuncta vestigat me commonuit recurrendum esse ad archetypon græcum. vnde ista fluxerunt. Itaq; pensitatis diligēter homericis carminibus censeo pro campis alienis: vt legas campis aleis. græce enim sic scribitur καππεδιον τοαληιοη οιος αλατο. id est campum aleum solus errabat. αληιος autem id est aleos: græco sermone dicitur erraticus: vt intelligamus campum illum aleion: id est erraticum ab erroribus errantis bellorophontis. Cognominatum fuisse: & ita integro sensu græco pfectisq; numeris latinus versus legetur de græco factus. Qui miser in campis męrens errabat aleis huic sententiæ accommodari non absone posset illud nasonis: ex denotatio carmine in ibin: quinq; ab æquo præceps alienis decidit aruis. Nam cum hoc versu significetur bellorophontes: possemus nō inscite legere quiq; ab æquo præceps in alienis decidit aruis. vt tam apud

Caligulæ solatium in luctu.
Alea.
Pulchra de bellorophonte.
Solitudo bellorophō
Correctus locus & explicatus.

quas sententias colligit? quæ verba cōtorquet? vt licere quid vis rhetori intelligas, Quę nemo probaret nisi insitum illud in animis haberemus. Omnis bonos interitu suorum quam grauissimæ mœrore oportere. Ex hoc euenit vt in animi doloribus/alij solitudines captēt

UVA. BHSC. IyR_246

Ouidium q̃ apud Ciceronem dictio subdictitia: quæ est alienis obreserit ꝑ aleis fuit opereprecium emaculate codicem Ciceronis: & maculas inueteratas eluere: vt ita suus ille nitor: sua sinceritas illucescat. Niobe fingitur lapide: quis ignorat nioben ex dolore dici a poetis demutatum esse in statuam lapideam cũ ex fecũdissima matre ad orbitatem redacta extinctos vidisset filios filiasq; omnis quos apollo & sagitis confixerant: in primo propertii cõmentario annotauimus diuersitatem fabulæ super nupero niobe filiorũ. Nam Homerus pueros puellasq; eius bis senos dicit fuisse: saphobis nouenos: bacchilides & pindarus bis denos. Euripides bis septenos: quem secutus est Ouidius noster: interprætantur nioben fingi lapideam: propterea quod ex nimio dolore attonitam obmutuit: ac veluti lapidescens malis diriguit: sicut olim mater cum filii filiæ stupro interuenisset: inopinati monstri percusa conspectu. Et in presens tempus ad indignandum & in posterum ad loquendum obmutuit: a statio in syluis sypileia mater dicta niobe: quoniã fata saxea turbine vẽti in sypilũ patriã rapta est: vbi fixa cacumine mortis liquitur & lachrymis etiã nũc marmora manãt. Dixit tamẽ Homerus in xxiiii. illiados. Niobẽ post funera natorũ & lachrymas eodẽ die de cibo cogitasse. quo exẽplo maximus poetarũ demõstrauit ius flẽdi in vnũ dũtaxat diẽ esse cõstitutũ. Hecubã in canẽ: gręci latiniq; scriptores hecubã ꝑdicãt ex dolore ĩpatibili post cladẽ exitiũq; patrię ac suorum post exoculatũ polymnestra conuersam esse in canem. vnde eius sepulchrum dictum est in cynossema. de quo Plinius. Cynossema ita vocatur hecubę tumulus: quod significauit Ouidius cum ait in. xiii. Latrauit conata loqui: locus extat & ex re nomen habet. Nam cynossema græco sermone dicitur canis sepulchrum: de quo Solinus. sigeum asie. In quo tumulus est cynossema dictus Hecubæ sepulchrum. De Hecuba in canem transfigurata ait Iuuenalis. Sed torua canino latrauit rictu: quæ post hunc vixerat vxor. Apud Ennium nutrix significat fabulam titulo medeam quam scripsit Ennius: cuius testimonio sæpe grammatici vtuntur: de quo Marcus Tullius in primo de finibus. Quis enim tam inimicus pene nomini romano est. qui Ennii medeam spernat inducebatur nutrix medeę apud Ennium miserias alumnę proloquẽs in

Locus ouidii

Niobe lapidea facta.

vt ait Homerus de Bellorophõte. Qui miser in campis mœrens errabat aleis. Ipse suum cor edẽs hominum vestigia vitans. Et Niobe fingitur lapidea propter æternum credo in luctu silentium Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quãdam & rabiem fingi in canem esse conuersam. Sunt autẽ alij quos in luctu cũ ipsa solitudine loq sæpe delectat: vt illa apd enniũ nutrix cupido cœpit. Miserã nunc me ꝓloqui cælo atq; terrę. Medeę miseras: hęc oĩa vere: recta debita putãtes faciũt in dolore. Maximeq; delectantur hoc quasi

Hecuba in canem.

Cynossema

Ennii medea.

UVA. BHSC. IyR 246

solitudine: cuius hæc sunt verba. cupido cepit miseriam eadem nutrix inducta est a Seneca in medea. Consimiliter Propertium poetam delectat in solitudine eloqui suos dolores amatorios. sic. n. inquit. Hæc certe deserta loca & taciturna querenti: & vacuum zephiri possidet aura nemus. his licet occultos pferre impune dolores si modo sola queant saxa tenere fidem. Peccati se

Insimulatio

insimulant seipsos accusant tanq̃ peccauerit: si in luctu aliquid fecerint dixerintq̃ Hilarius letiusq̃ insimulare est accusare quod cum genitiuo copulatur. Plautus. Insimulabit eam probri. Insimulatio vt docet Donatus est & falsi & veri criminis incusatio. Hilarius. letius. amenius. iucundius. hilarari. & hilarescere est iucundari. hilaritudo dicta ab antiquis pro hilaritate. Antiqui diem equinoctii verni colentes hilaria appellarunt. vt docet Macrobius: quo exordium letitiæ celebratur quo primū tẽpore sol diẽ longiorẽ nocte ptendit. erat autẽ ad cẽtauū calẽ. aprilis de hilaribus meminit Flauius vopiscus. In aureliano qbus omnia festa & fieri debere: & dici tradit. Nihil pficiri merẽdo nostris mederi si malis possent lachrymæ lachrymas emeremus auro. vt inquit Menãder. Meror & dolor nistil pficiũt lugẽtibus: cum fata sint inexorabilia. & quod factum est amplius fieri infectũ nõ possit. ἑαυτὸν τιμωρούμενος. notissima est terẽtiana fabula. hoc tituloquo significatur seipsum puniẽs siue excrucians. Nã inducitur senex menedemus semetipsum crucians dũ in fundo fodit. arat aut aliquid facit sine laxamento ob filium adolescentulum amandatum qui in asiam ad regẽ militatum abiit paternæ morositatis impatiens. de quo Oratius in sermonibus. Ita vt pater ille Terẽtii fabula quẽ nato miserũ vixisse fugato inducit: nõ se prius cruciauerit atq̃ hic. Chremes vocatiuus casus est siue salutatorius. loquitur. n. menedemus cũ chremete vicino

Hilarescere Hilaritudo

Hilaria dies

officij iudicio fieri. Quod siqui forte cum in luctu esse vellent: aliquid fecerunt humanius, aut si Hilarius locuti sunt reuocant se rursus ad mœstitiam, peccatiq̃ se insimulant quod dolore intermiserit. Pueros vero matres & magistri castigare etiam solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus: siquid in domestico luctu Hilarius ab ijs factum est: aut dictum, plorare cogunt. Quid ipsa remissio luctus: cum est consecuta intellectaq̃ est nihil profici mœrendo Nonne res declarat fuisse totum illud voluntarium. Quid ille terẽtianus ipse se puniens ἑαυτὸν τιμωρούμενος. decreui tãtisper me minus iniuriæ Chremes meo gnato facere: dum fiam miser. Hic decreui, vt miser sit. Num quis igitur quicquam decernit inuitus? Malo quidem me quouis dignum deputem.

UVA. BHSC. IyR_246

Decreui constitui quod est voluntarium. Tantisper:tam diu. postulat autem post se hæc particula.dum vel donec: vel quoad: vt Cicero in carcerē ductus vt ibi esset tantisper dum culeus cōpararetur. Au.Gelius.Eo consilio vt viueret quidem tantisper:quod fieret permutatio apud Liuinm tantisper absolute positum est pro interea:siue tantūmodo sic enim scribit ī primo:tamen id imperium ei ad puberem etatē incolume manſit tantisper tutela muliebri. Malo quidē verba menedemi: qui putat se dignum quocūq; malo: cū iniustitia sua se eiecisse filiū miserū ex patria fateatur.Nāq; nimis multos: Versus Homeri:qbus declaratur ex quotidianis necibus fieri sedationē mœroris & pausam:& callum quasi obduci aduersus luctū.Vlyxes in.xx.iliados talia eloquitur. Ergo ī potestate est: ex carmine Homerico ostendit.Mar.Tullius in potestate hominum esse abiicere dolorem cū velint cum ille cōceperit. Luctum lachrymis diurnis esse finiendum. Cōstabat eos:Pompeius conscēdens nauiculam paruulam a Ptolomeo missam: ad vxorē filiumq; cōuersus sophocleū illud pronunciauit: quisquis ad tyrannum proficiscitur.fit illius seruus.licet liber sit.ibiq; ab achilla & septimio interficitur. Annum egens etatis: vnde sexagesimū: qui ī morte nihil se ipo indignum: aut dixit aut fecit:sed tantum suspirās se ictibus præbuit: cornelia & cæteri vt aspexere cedem anchoris celerrime eductis effugerunt:vnde pelago altius petito.cum ventus vehementior flaret:ab egyptiis persequi satagentibus sese subduxerunt Plutarchus.Lucanus. cęteri tradunt vlulatū maximum ad littus vsq; emissum fuisse ab his viso.Cn.pompeii casu. Cicero vero ait eos nihil aliud tum egisse niū vt remiges hortarentur ad remigādum.Demū vbi in tuto fuerunt lamentari cepisse.canit Lucanus. corneliam visa coniugis nece delamentatā esse flebiliter & lachrymosæ mox caput feraliamictu obduxisse:& in cauernis nauigii tenebrosis delituisse.Dein cū pueri essent ad littus africanum vbi erat Cato luctum esse factum exemplo carentes

Malo se dignum deputat nisi miser sit. Vides ergo opinionis esse non naturę malum.Quid quod res ipsa lugere prohibet: vt apud Homerum quotidianæ neces interituſq; multorum sedationē mœrendi afferunt: apud quem dicitur ita Namq; nimis multos atq; omni luce carentes Cernimus vt nemo possit merore vacare Quo magis est æquum tumulis mandare perētos. Firmo animo & luctum lacrimis finire diurnis: Ergo in potestate est abiscere dolorem cum velis tempori seruientem. An est vllum tempus quoniam quidē res in nostra potestate:est cui nō ponēdæ curæ egritudinis causa seruiamus. Cōstabat eos qui concidentem vulneribus Cneum Pompeium vidissent: cum in illo ipso

Tantisper.

Quisquis ad tyrannū it fit seruus

Nex pōpeii

Cornelia delamētata

UVA. BHSC. IyR_246

tem: nullicq; euo cognitum: Ibicq; manibus Pompeii parentatum. Classe hostium egyptiorum. Timor ab his sensus est. ſi i Pompeianis timor & pauor

Expectorare tristitiã.

expectorare potuit dolorem: & repellere tristitiam: tanto magis hoc sapientia efficere poterit. Nihil profici sepe dictum est lachrymas & luctus ineffi-

Occalescũt ad mala.

caces esse & nihil prodesse ad iacturam sarciendã. Facilius ferunt multi: occalescũt: obdurescũtq; ex diu turnis malis ad ferenda equo animo quęcũq; aduersa contigerint. Si mihi nunc: carmen euripidis poetę latinitate donatũ a. M. Tullio quo theseus opinor inductus: quęritur de fortunę continenter vrgentis iniquitate pertinacissima: q̃ res obduxit callũ contra sum doloris, consuetudo enim malorum & defatigatio egritudinum vi doloris & egritudinũ facit leuiorem. Illuxit: apparuit: fulsit: Agretius grammaticus. Eluxit qui luctum depo suit: Illuxit cum lumen apparuit. Solo erumnoso: mari referto crũnarum periculorũq; Cato portius trium rerũ penitentia ducebatur. primũ si mulieri arcana credidisset. Secundum si aliquo itinere nauali trãsmisisset: quo pedibus ire potuisset. Tertium si qua dies per incuriam desidiãq; effluxisset. Terẽtius sossia fortunatum vocat: qui nunquam ingressus est mare. Plautinus senex vitam maritimam reformidat: alter apud eundẽ Plautum in trinummo salũpotẽti & multo potenti neptũno gratias agit quod euaserit illum spurcificum immanem intolerandum & vesanum delucta

Illuxit.

Mare erumnosum.

Penitentia Catonis.

Salũpotẽs.

acerbissimo misserrimoque spectaculo sibi timerent: quod se classe hostium circunfusos viderent: nihil tum aliud egisse: nisi vt remiges hortarentur: & vt salutem adipiscerentur fuga: posteaq̃ tyrũ venissent: tum afflictari lamẽtariq; cœpisse. Timor igitur ab iis ægritudinẽ potuit repellere: ratio ac sapiẽtia vera nõ poterit? Quid est autem q̃ plus valeat ad ponendum dolorem: quam cum est intellectum nihil profici & frustra esse susceptum? si igitur deponi potest etiã non suscipi potest. Voluntate igitur & iudicio suscipi ægritudine confitendũ est. Idq; indicatur eorum patientia, qui cum multa sint sæpe perpesti facilius ferũt quicquid accidit. obduruisseq; sese contra fortunã arbitrantur. Vt ille apud euripidem: si mihi nunc tristi primum illuxisset dies: nec tam erumnoso naui

Balneator frigidus. Scitũ anacharsis.

tus erumnis maris: idem in rudente neptunnum esse dicit balneatorem frigidum: qui ex insulsis salsos facit: qui salsam prębet potionem & frigidam. Interrogatus Anacharsis vtrum plures essent viuentes an mortui: quo inquit in loco collocas nauigantes. quo dicto scire significauit nauigantium vitam non esse vitalem. Ego quoq; memor maritimarũ crũnarum olim feci quod Plato: qui cum in equum ascendisset subito descẽdit. veritus ne equi feroci-

UVA. BHSC. IyR_246

tate raperetur: sic & ipe conscendi equum ligneum ex portu anconitano oram soluens. cum iam per equor cerulum vectarer repēte remigem rogaui: vt me animal terrenum restitueret terræ: & ita e vestigio descendi veritus salsas salsipotentis potiōes. Iniecto equulei freno sicut nouellus equuleius. hoc est pullus equinus adhuc per etatem insolens frenorum ac tyro exagitatur concutiturq; solo tactu frini. sic homo dolore exagitatur ex dolēdi insolētia: vbi vero assueuit erumnis obtorpet: facitq; quod equus iā edomitus: qui frenum mordet & seruitio hominis assuescit: & domiturā facile fert: & ad obsequiū habilis reperitur: equus bimus: vt docet Columela ad vsū domesticum recte domatur. Certaminibus autē expleto triēnio. Annotandū obiter qđ annotatu dignum est. si masculum equinum fetum progenerari velis. sinistrum testiculū admissarii lineo funiculo obligato: si fęminam vero dextrum sicut pręcipit Democritus phisicus: qui idem in omnibus pene pecudibus faciendum censet. M. Varro suadet frenos in equili suspēdendū. vt oculi equuleorū cōsuescant videre eorum faciem: & e motu crepitus audire: cū iam ad manus accedere consueuerīt. Interdum imponere his puerum. Equuleus dicitur pullus equinus. & nouellus diminutiuū ab equo vt docet Pris. in. iii. M. Tul. in verrinis. his eqtabit equuleis: dicitur & equulus. M. Var. hosce itē. vt equulos. & educūt & alūt. Idē ait equulū post annū & .vi. mēses domari posse: ab equa sit equula. Plau. adhīnite equulā possum: ego hāc equile dicūt stabulū equorū: sicut bubile boū. caprile caprarū. Edilia dixit Ora. pro stabulo edorū. In sūmo se malo esse: hoc facete dictū ex opinione stoicorū: qui dicūt insipiētes eos & miseros: qui sapientiā ad ꝑfectū non sint cōsecuri. insipiētia aūt est summū malū Dicebat. n. Socra. vnicū esse bonū sciētiā: malū vnicū imperitiā: Ergo philosophi: q nō sunt plene sapientiā cōsecuti: sunt ī insipiētia & cōsequēter in sūmo malo: & tamen nō lugent. cum alii lugent: ex minoribus malis: dogma stoicorū est: eos qui natura doctrinaq; longe ad virtutem ꝓcessissent: nisi eam plene consecuti essent. summe esse miseros: neq; inter eorum vitam & improbissimorū quicq̄ om-

Olim conscēdi nauiū & descēdi. Frenū mordet.

gassem sola: esset dolendi causa/ vt iniecto equulei freno repente tactu exagitātur nouo. sed iā subiectus miserij obtorpui Defatigatio igitur miseriarum ægritudines cum faciat leuiotes intelligi necesse est non rem ipsam causam atq; fōtem esse mœroris. philosophi sūmi necdum tamen sapientiam consecuri nondum intelligunt in summo se malo esse. sunt enim insipientes: neq; insipientia vllum maius malum est: neq; tamen lugent. Quid ita? quia huic generi malorum non affigitur illa opinio rectū esse & ęquū & ad officiū ꝑtinere: ęgre ferre ꝙ sapiēs nō sit. Q đ idē affigimus huic ęgritudini: in qua luctus inest/ quę oīm maxīa est. Itaq; Arist. veteres philoso-

Si masculū pecus habere vis.

Equuleius.

Equulus.

Equula Equile Bubile Edilia.

Dogma stoicorū ridiculum.

UVA. BHSC. IyR_246

nino interesse: vt Plato tantus ille vir si sapiens non fuerit nihilo melius q̃ quiuis improbissimus nec beatus vixerit. Merito itaq; M. Tullius in oratione pro murena facetissime lusit doctrinam ac decreta stoicorum. Huic generi malorum: non plene sapientiam percepisse. Aut stultissimos. Lactantius libro tertio meminit horum verborum huiusq; sententiæ. vbi verum est inqt stultissimos fuisse qui putauissent ingeniis suis perfectã esse sapientiam: sed ne ipse q̃dem Aristoteles satis prudẽter qui aut a veteribus ceptã: aut a nouis auctam: aut mox a posterioribus perfectũ iri putauit. nunq̃. n. potest. n. inuestigari quod non per suam viam queritur. Paucis annis accessio. Seneca. mundum inquit sunt mille anni ex quo initia sapiẽtię nata sunt: multis ergo seculis humanũ genus sine ratione vixit. Theophrastus accusasse naturam. Mihi iusta sane videtur querela hæc & accusatio theophrasti & quæ cunctos litteratos deceat. quid. n. si dicere fas est: sibi voluit illa parens rerum opifexq; natura: cũ dedit ceruis. coruis. cornicibus. elephantis. vitam diuturnam: hominibus tam exiguam: cum tribuit brutis animantibus annosa secula: nobis vix vitæ gustatum indulsit: quorum maxime intereat diutissime viuere: vt doctrinę omnes vt artes ad perfectum perduci possent annorum longinquitate: quod si primigenii illi homines vixerunt vt fertur annorum milia: cur in præsentia non viuimus tam longiturni. cur facta est ætas nostra deterior. quid deliqt. quid peccauit ipsa posteritas. vt non eodem diuturnæ vitæ beneficio perfruatur. Credamus verum esse illud manlii idem semper erit: quoniam semper fuit idem. scribit Iosephus libro primo antiquitatum vetustissimos illos homines primigenios ideo tamdiu vixisse: primo ꝙ eis pabula oportuniora melioraq; ad maius tempus præparata extiterunt: deinde propter virtutes & gloriosas vtilitates quas iugiter perscrutabantur: id est astrologiam & geometriam. Deus eis amplius viuendi solatia condonauit: quæ nunquam antea addiscere potuissent. Nisi sexcentis viuerent annis per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Ceruos autem viuaces esse tradunt scriptores. Hesiodus cornici nouem nostras attribuit ætates: quadruplum eius ceruis id triplicatum coruis. Verba Hesiodi hæc sunt. ελαφοσε Δετεγρακορονοσ τρεισ Δεελαφουσο κοραξ γηρακεται. vita ceruis vt Plinii verbis vtar in confesso longa est: post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis: quos Alexander magnus addiderat ad opertis: iam cute in magna obesitate: febriũ morbos nõ sentit hoc animal quin medetur huic timori quasdam nos prĩcipes fęminas scimus omnibus diebus matutinis carmen eam degustare solitas: & longo euo caruisse febribus hactenus Plinius. hinc a Satyrico poeta. Ceruina senectus: dicta pro diutina & viuaci subulones ceruos appellant: quibus simplicia sunt cornua: de vita

phos accusans: qui existimauissent philosophiã suis ingenijs esse perfectam: ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse. sed se videre ꝙ paucis annis magna accessio facta est: breui tempore philosophiam plane absolutam fore. Theophrastus autem moriens ac

Initia sapiẽtię nõ vetusta.

Querela theophrasti

Accusanda natura

Primigenii

Cã lõgioris vitæ.

Coruus caro ceruina expultrix febrium

Ceruina senectus

Subulone q

UVA. BHSC. IyR_246

cornicum diutu rna dictum est in primo commentario. Quærebatur: lamentabatur Theophrastus. Officiosi doloris: officiosum dolorem significanter eum dicit qui prius est: ex iusta causa sumitur & cuius probabilis ratio reddi potest. Officium enim ab efficiendo dictum: quod efficere vnumquemq; conueniat pro conditione personæ. Nam officium appellamus quod ratione actum sit. vt docet. Mar. Tullius in tertio de finibus. Nō putant legendum viris. Seneca viris nullum legitimū lugendi tēpus constitutum esse tradit quia nullum est honestum: cum annū feminis ad lugendum maiores instituerint non vt tamdiu lugerent ne longius. Laudant luculenti scriptores institutum illud massilienſium sine lamentatione sine planctu cadauera efferuntur: luctus funeris die domestico sacrificio conuiuioq; necessariorum addito finitur. Lycurgus in rebus funebribus, ανειλε ταϛεν θη καιτονϛ. οΔ ιρμονϛ. i. sustulit luctus & lamentationes. Q. maximus. Cato in libro de senectute: multa ait se præclara in Quinto maximo cognouisse: sed nihil est inquit admirabilius q̄ quomodo ille mortem. M. filii tulit clari viri & consularis. est in manibus viri laudatio: quam cum legimus quem philosophum non contemnimus. Possidonius refert hunc Fabium cōtractorem a Romanis clypeū vocitatum: propterea quod eo tanquam clypeo Romani tegebantur ab impetu hostili. de eo dixit Hannibal: & Romani suum habent Hannibalem. Refert Plutarchus cum Fabii filius diem obiisset: eum pro dignitate optimi patris calamitatem orbitatis commodissime tulisse: ipsumq; in foro filium defunctum oratione funebri ex more laudauisse. Qualis Lucius Paulus: scribunt Valerius maximus. Seneca. Plutarchus. Emylio paulo quattuor fuisse filios mares: ex quibus duos iure adoptionis in corneliam fabiamq; gentem transtulit: duos quos sibi seruauerat extulit: quorum alter quinto ante triumphum paternum die, alter tertia post triumphum die expirarunt: itaq; qui ad donandos

Officiosus dolor.

Annus ad lugēdū feminis Dialis massilienſium.

Fabij mortē filii tulit firmiter.

Clypeus romanus.

UVA. BHSC. IyR_246

Mors filiorũ septem diebus.

vsq; liberos habundauerat.is ad orbitatem repente adactus est quem casum robore animi incredibili sustinuit.In tantum vt populum ipse ob id ingemiscentem condolentemq; magis consolaretur:q; ipse foret consolandus:qui in oratione quam apud populum habuit sic locutus fertur:cum in maximo prouectu felicitatis nostrę quirites timerem ne quid mali fortuna moliretur. Iouem optimum maximum.Iunonemq; reginam & mineruam precatus sum:vt si quid aduersi populo Romano immineret.totum in meã domum conuerteretur: quapropter bene habet:annuendo enim votis meis id egerunt:vt vos potius meum casum doleatis:q; vestrum ingemiscerem. Qualis .Mar.Cato.Mar.Tullius i epistola ad Seruium sulpitiũ:de his qui fortiter obitum filiorum tulerũt:sic refert Quintus maximus:qui filium consularem clarum virum magnis rebus gestis amisit.& Lucius paulus:qui duos septem diebus.& noster gallus.& Marcus Cato qui summo ingenio summa virtute filium perdidit his temporibus fuerunt:vt eos ipsorum dignitas consolaretur. Mar.Cato apud Ciceronem de catone hoc filio defuncto:sic inquit.proficiscar ad Catonem meum quo nemo melior vir natus est:nemo pietate præstantior:cuius a me corpus crematum:quod contra decuit ab illo meum & mox:quem ego meum casum fortiter ferre visus sum:non quod æquo animo ferrem:sed me ipse consolabar:existimans non lõginquum inter nos discessum & digressum fore:auctor est Plutarchus.M.Catonem vxorem & filium perdidisse inducta noua victus & medicinæ formula.Oleribus enim & nessarum.phassarumq; ac leporis carne domesticos egrotos alebat.Vt autem verba græci scriptoris intelligas:quæ visa sunt interpretibus non translaticia.phasse dicuntur palumbi.nessi anates significantur. Vnde nessotrophium apud Mar.Varronem. & Columelam dictum:quo anates ,clausæ gregatim pascuntur. Natura affert dolorem.M.Tullius:qui iam copiose tam eloquenter:tam magnificis verbis affirmat dolorem esse in opinione non in natura.cum solum vertisset exilii causa.cum amisisset filiam carissimam:succubuit dolori & ægritudini iacuit miseranter.tunc illi mœror omnem expectorauit sapientiam.tunc animus dissensit a labiis.tunc scribens ad Seruium sulpitium.opprimor inquit & vix resisto dolori.idem aliubi dixit.Cedo fortunæ & manum intollo. Et ita virum philosophrastrum vel potius philosophum magnificis verbis ad uersus ægritudines perorantem.Oppressit tabificus mœror:docuitq; dolorem non opinabilem esse sed naturalem:hoc idem ego quoq; nuper expertus sum ex obitu matris optimæ carissimæq; :quæ sicut viuens mihi intra domesticos parietes ocianti erat maximum solatium' ita mortua maximo me dolore confudit:heu me miserum:hæc scribens dolore diuello,

fuit. Q.u.Maximus efferens filium cõsularem:qualis Lucius paulus duobus paucis diebus amicis filijs qualis Marcus Cato prætore designato mortuo filio.quales reliqui quos in consolatione collegimus quid hos aliud placauit nisi q; luctum & mœrorem esse non,pu

Verba Pauli. Cato fortiter tulit obitum filii.

Cato filiũ & vxorem interemit. Phassæ palumbi Nessotrophi quid. Cicero patiens doloris,

Oppressus a dolore. De obitu matris mee

UVA. BHSC. IyR_246

subit mentem recordatio affabilitatis dexteritatisq; maternæ. Identidem recurſat mordax cura videor videre idolon. ſpectrumq; pientiſſimæ parentis qua nulla. verum enim loqueris libere loquar ſanctior nulla probior: nulla religione præſtantior fuit: erat prudens & circunſpecta ſupra captum feminarum. Qui dixit nullum eſſe amorem indulgentiorem: q̃ matternum veridicus fuit. Deus bone quanta me quanta fratres caritate amplexabatur: hilaris erat vbi nos hilaros videbat: triſtis vbi: ſubtriſtes leticia eius ac triſticia ex filiorum vultibus pendebat nobis vicem patris matriſq; exhibens. Namq; poſt mortẽ patris. Caſtorea: hoc enim nomine mater nuncupabatur: decreuit ſibi in viduitate eſſe permanendum & cum in matrimonium a nobilibus viris iterum peteretur: eſſetq; in ipſo ætatis ſuæ flore marito viduata mulier ſancte pudica. filios pluris fecit q̃ coniugales voluptates. Itaq; me cum duobus fratribus: quorum alter maior natu eſt: alter minor memorabili pietate ſedulo aluit. per annos fer

Probitas matris.

Mores materni.

Caſtorea nomen matris i viduitate pmãſit

tabant viri. ergo id q̃ alij rectum opinantes ægritudini ſe ſolent dedere: id ij turpe putantes ægritudinem repulerunt. Ex quo intelligitur non in natura ſed in opinione eſſe ægritudinem con tradicuntur hæc. Quis tam demens vt ſua voluntate mœreat: natura affert dolorẽ: cui q̃dem Grantor inquiũt noſter cedendũ putat. Præmit enim atq; inſtat: nec reſiſti poteſt. Itaq; cũ Oileus ille apd Sophoc ẽ telamonẽ ante de aia

me. xxxv. bimulus enim patrem amiſeram. O miſerum & funeſtum illum diem atq; calculo notandum: quo optimam. cariſſimam. dulciſſimam parentem aſpexi morientem. O diem: qui diuo petronio tutelari bononienſiũ deo es dicatus: te acerbum: te atrum: te ominoſum ſemper habiturus ſum: tu mihi id eripuiſti: quod in vita erat iucundiſſimum. tu aliis feſtum geniale generaliter colentibus. me luctu & lachrymis repleuiſti: tu me vulnere inſolabili confeciſti. At conſolatores dicent ſenio confecta: erat iam ſextum & ſexageſimum ætatis annum impleuerat: iam ſatis diu vixerat. Sunt iſta quidem vera nec inficior: ſed mihi parum diu vixerat: mihi immaturo obitu rapi viſa eſt. acerba enim ſemper eſt bonorum mors etiam capularium: mœreo & quidem dolenter: q̃ optime parenti nullam ſolidam gratiam rependere potui pro cumulatiſſimis beneficiis: quibus me ſemper indulgenter eſt proſecuta: dum iam maternis fungitur vicibus ac paternis. Denicq; efficit interitus optimæ matris: nunq̃ enim a me ſine honoris nomine eſt nominanda: vt cognoſcerem ac experirer affectum doloris eſſe potentiſſimum in natura non in opinione collocatum. qui ſubinde me nolente ac reluctante violenter erumpit: cui reſiſti non poteſt: qui interdum imperioſiſſimus refringit repagula virtutis: vixq; per oculos ac ſuſpiria effuſus interquieſcit. Valeant philoſophicum verbis ſuis magnificis. præ-

Dies mortis matere næ luctuoſus.

UVA. BHSC. IyR_246

Acerba semper bonorū mors.

Affectus doloris potentissimus.

Meditor libellū de cōsolatione.

dicent non esse dolendum. lactent egritudinem in opinione non in natura cōsistere. Non credo: non assentior: nec credidit nec assensus est is qui nunc apathiam maxime probat: & dolorem opinabilem esse audenter ac decēter affirmat. Nam ex morte filiæ oppressus a dolore est. Exciderunt quę dicta & pręcepta. posthabitis aliorum p̄ceptis consolatoris. Cōfugit ad domesticas medelas seq; ip̄m cōsolatus est: cōposito libro de cōsolatione Meditor ip̄e quoq; cōdere libellum de cōsolatione: vt qđ ille fecit ex interitu tulliolę filię. id ego iusti⁹ faciā ex morte amātissimę parentis: cuius iacturam grauissimā fero: sed iam ad institutum redeamus. Cum doloris tractatus refricuerit nondū obductas cicatrices. Oileus ille apđ Sophoclem: Sat notum duos aiaces nominitari. alterum Oilei: alterum telamonis filium: quorum īteritus quotidie ī ludis triuialibus celebratur: cū aiax oilei fulmine mineruę naufragio extinctus expirauerit: Aiax vero telamonis sibi ex furore mortē cōsciuerit gladioq; incubuerit: Sophocles īduxit oīleum cōsolationibus fouentem telamonē de morte aiacis. ip̄e paulo post cum audisset aiacem suum cruciabiliter peremptum eē fractus est dolore: nam vt ait terentiana sententia. omnes cū valemus recta consilia egrotis damus tu si hic sis aliter sentias: Nec vero: verba Sophoclis moralia & terentianę sentētię: quā recitauimus cōgruentia. Gratum se mortuis facere: Seneca elegāter mortuus inquit aut beatus aut nullus est: beatum deflere inuidia est. nullum dementia. Superstiton muliebris: sicut religio deos colit. ita sup̄stitio violat quam docti nihil aliud esse autumant q̄ timorem superfluum & delirum. ab aniculis dictam: q̄ multis sup̄stites p̄ etatem delirant & stultę sunt. M. Tullius in secūdo de natura deorum. sup̄stitiones aniles appellat: atq; sup̄stitiosum esse vitii nomen ex eo dictum. ꝙ qui totos dies p̄cabantur & immolabant: vt sibi sui liberi sup̄stites essent. superstitiosi sunt appellati. quod nomen patuit postea latius. Lactantius ait sup̄stitio-

Duo aiaces

Terentiana sententia.

Superstitio quid.

Sup̄stitiosi.

cis morte consolatus esset: is cū audisset de suo filio fractus est. De cuius cōmutata mente sic dicitur. Nec vero tanta pręditus sapientia quisquam est/ alioꝝ erūnam dictis alleuans/ non idem cum fortuna mutata impetum cōuertat/ clade subita vt frangat̄ sua: vt illa ad alios dicta/ & pręcepta excidāt. hęc cū disputant/ hoc student efficere naturę obsisti nullo modo posse. Ij tamen fatētur grauiores ęgritudines suscipi q̄ natura cogat. Quę igitur est amētia: vt nos quoq; idem ab alijs requiramus/ sed plures sunt causę suscipiendi doloris. Primum illa opinio mali quo viso atq; persuaso ægritudo insequitur necessario. Deide etiā gratū se mortuis facere. si grauiter eos lugeant. arbitrantur. Accedit superstitio muliebris quędā. Existimāt enim

UVA. BHSC. IyR_246

ſos dicit qui ſuperſtitem memoriã defunctorum colunt: qui nouos ſibi deos colendos aſſumebãt eos ſuperſtitioſos vocabant. vnde eſt illud Virgilianũ. vana ſuperſtitio veterumq; ignara deorum ſuperſtitio vt inquit Sene. Error inſanus eſt. Amandos timet: quos colit violat: hoc faciunt peculiariter mulierculæ quæ quibuſdam rebus inanibus addictę dum volunt videri nimis religioſę. ſuperſtitioſę fiũt. & ita delirant. In amatorio ſermone. aĩa vt inquit Plau. eſt amica amãti. & vt ait quidã. amatoris animus viuit in alieno corpore. Catullus & oẽs amantii teſtantur: amicas ſibi vita eſſe cariores a quibus vita & anima puella nominatur. Dixit Oratius: p quo bis patiar mori ſi paſcent animę fata ſuperſtiti: Amator vt inquit Ariſtoteles in. viii. ethicorũ aſpectu gaudet amati. Eque ac nos. prouerbium græcum eſt ἑτερος φιλος αλλος αυτος .i. amicus eſt alter ipe. & aliud σωματα μεν δυο ψυχη δε μια: corpa quidẽ duo aĩa aũt corpa vna: q expreſſit Ouid. illo verſiculo. Qui duo corporibus: mentibus vnus erant. cariſſimos ergo amiciſſimoſq; tantũ amare poſſumus q̃tũ noſmetipſos: ſupra nec fieri poteſt: nec peti debet cum natura nihil nobis carius penſiuſq; nobiſmetipſis eſſe voluerit. Perturbatio vitæ caritas quidem in nobis ordinata eſſe debet. vt apoſtolica ſẽtẽtia p̃cipitur. ſed in plurimis inordinata conſpicitur. Dicitur aũt amor ſine caritas eſſe inordinata. cum aut hc mo id diligit: quod non debet: aut quos debet diligit: ſed plus iuſto diligit aut minus iuſto. Dilectionis enim librari debet modus: auctor diuus Hieronymus in omelia cantici tertia. Cũ ad eos impetum conuerterit: ſenſus eſt non ſolatores: qui alios in dolore conſolari volunt confitentur ſe miſeros eſſe: cum in eos retorquet impetus doloris: & ca-

Aniculę ſuperſtitioſę.

Aĩa amica amanti.

Amicus alter ipe.

Corpa duo anima vna.

Caritas ordinata.

Inordinatus amor.

UVA. BHSC. IyR_246

sus ipse cōuertitur ex quo fieri videtur: vt qui se patronos: in alieno negocio profitentur. illis ipsis in suo opus sit patrono: & qui consolator in alieno mę rore videri vult ipe in suo luctu consulandus sit: quo d vitium ait. M. Tullius esse culpę nō nature. Quāuis copiose: ꝙtum vis. Aliter atq; aliter q̄. Qui auari auaros: cōmune id ferme vitium est: vt auarus dicat ī auaritiam: glorioſus glorię cupidum reprehēdat: ingratus culpet ingratos. vn de ait Seneca est illud graue vitium ingratos esse & intolerabile: & q̄ dissociet homies sed vsq; eo vulgare: vt illud nec qui queritur quidem effugerit. atq; inibi ex iteruallo: fortasse inquit de quo q̄reris si te diligenter excusseris in sinu inuenies. idē in epistolis moralibus ait: irascendū non esse magister iracundissimus disputat. Lactantius quoq; vi deo inquit magnā partem eorum: qui ī scola de pudore & continētia p̄cipiant: argutissimę eosdem in omnium cupiditatibus libidinum viuere. Aliorū vitia cernere: huic sententiæ congruit esopi fabula quę tradit homines duas māticas habere vnam ante: altera retro. in priorem aliena vitia mitti. in posteriorem nostra: q̄ abscōdimus & videre nolumus. hoc catullus ſignat cum ait: nemo videt manticę quod ī tergo est & Persius. vt nemo in sese tentat descendere nemo. sed præcedenti spectatur mantica tergo. ob hoc dixit oratius. Respicere ignoto discet pendentia tergo. idē alibi in hanc sententiā sic eleganter scribit cum tua puideas oculis mala lippus inunctis: cur ī amicorum vitiis tam cernis acutum quam aut aquila aut serpens epidaurius. Seneca taxans id genus homines p̄posteros: papulas inquit obseruatis alienas: obsiti plurimis vlceribus. Consimilis est illa euangelica sententia: quę eos accusat. qui in alieno oculo festucā videntes in suo trabem non aspiciunt. Si eadem res est: exemplo res instruēda est vt magis colliquescat: amisit pater filium. angitur mœret cruciatur: dum iactura est recēs: mox egritudo illa vetustate vel tollitur: vel lenitur. & tamen eadem est orbi-

Auarus. Auariciam. Qui aliena reprendūt vitioſi.

Duæ homi nimāticę.

Catullus. Persius.

Oratius.

In alieno oculo festu cam.

solatores ipsos confiteri se miseros cum ad eos impetum suum fortuna conuerterit. Vtrū dissoluitur. sunt enim ista nō nature vitia sed culpe stultitiam autem accusare quamuis copiose licet: nam & qui nō leuantur: ipsi alios ad miseriam inuitant Et qui suos casus aliter ferunt atq; vt alijs auctores ipsi ferunt: nō sunt vitiosiores/quam fere pleriq;/qui auari auaros glorie cupidos glorioſi reprehē dunt. Est enim proprium stultitię aliorum vitia cernere/obliuiſci suorum. sed nimirum hoc maximū est experimentum: cū cōstet ęgritudinē ex vetustate tolli/hanc vim non esse in die positam sed in cogitatione diuturna. nā si ea dē res est: & idem homo est: qui pōt quicq̄ de dolore mutari: sineq; de eo propter q̄ dolet quicq̄ est mutatum neq; de eo

UVA. BHSC. IyR_246

tas vltimo die: quæ fuit primo. ita filio caret post decem annos: sicut carebat funere: nihil de eo propter quod dolet mutatum est. ex quo colligit Cicero ægritudinem si esset naturalis debere eandem continēter permanere: nec vllo tempore imminui: sed cum dies conterant omnes mœrores ex hoc ratioci natur. omnem vim egritudinis ex opinione nasci non ex natura. Nihil eam

qui dolet. Cogitatio igitur diuturna. nihil esse in re mali dolori / medetur non ipsa diuturnitas. Hic mihi afferunt medio critates: quæ si naturales sunt / quid opus est consolatione: natura enim ipa terminabit modum: sin opinabiles / opinio tota tollatur satis dictum esse arbitror egritudinem esse opinionem mali præsentis: in qua opinione illud insit: vt ægritudinem suscipere oporteat. Additur ad hanc difinitionē a zenone recte: vt illa opinio præsentis mali sit recens Hoc autem verbum sic interprætatur: vt non tantū illud recēs esse velit quod paulo ante acciderit: sed quādiu in illo opinato malo vis quedam insit & vigeat & habeat quādā viriditatē / tāduī appellatur recēs / vt arthemisia illa Mauteruallo: post filii mortem: sicut luxerat die funeris: i dem de arthemisia dici potest quę maritum mausolum amasse fertur supra omnis amorum fabulas vltraq; affectionis humanæ fidem. mausolus autem fuit rex carię. velut quidam grecarum historiarū scriptores dicūt satrapes. i. pfectus: maritus & frater arthemisię: q illo defūcto impium habuit: illicq; sepulchrū extruxit illud memoratissimū dignatūcq nūerari iter septē oim terrarum spectacula: a quo oia sepulchra p̄ciosa ex noie eius mausolea nūcupātur. vt docet diuus Hiero. libro primo cōtra Iouinianū: & nos in cōmentariis Proptii & Suetonii affatim retulimus: arthemisia tabę cōsūpta est vt ait Strabo ꝓpter luctū: quē ex viro sūpserat: q prius luctu atq; desiderio mariti defuncti flagrans: ossa cine-

mali: sēsus est. cogitationem diuturnam quod nihil sit ī re mali: esse pro medela doloris ac fomento non aūt, ipam diuturnitatem. Mediocritates: tā q̄ mediocriter dolendum sit: & modice mœrendū: peripatetici enim affectus non tollunt vt sępe dictum est: sed temperāt. Egritudinē suscipere: tā q̄ ex officio sit dolere & tristitia āgi: vt si pater amisit filiū in egritudine sit: & in egritudine esse debeat ex officio: pinde ac pietas & affectus paternus: hoc exigant ac deposcāt in tantū vt qui in tali casu nō doluerit existimetur culpabilis impius in officio sus.

Opinio recēs: interp̄tatur zeno opinionē mali recentē intelligi non solū illā: q̄ tunc est recenter exorta: sed & illā: q̄ viriditatē q̄dam retineat q̄is vetusta & diuturna sit exēpli causa. Recens opinio luctus fuit in octauia augusti sorore post obitum Marcelli filii: q̄ talis per omnem vitam fuit: qualis ī funere: huic erat quotidie opinio illa recens doloris. cum ita mœreret longo in

Opinio recens.

Recens luctus in octauia.

Amor arthemisię in maritum. Mausolus Mausoleū inter septē spectacula.

UVA. BHSC. LyR_246

remq; eius contusa in pulueris faciem aque indidit ebibitq;. Et ita mausoli mariti viuum ac spirans sepulchrum fieri concupiuit. auctores Gelius. Valerius Plin. ceteri. Halicrnasi: ciuitas est carię: regia principū: q̄ prius zephyra dicebatur: vbi est mousoleū & salmacis fōs: ex halicarnasa fuit Herodotus historicus: itē Heraclitus poeta: & Diony. scriptor antiquitatū. Quotidie re-

Halicarnasus.

cēs: vt singulis diebus marit amitteretur videretur talisq; esset per omne tempus vitę: qualis fuerat in funere defuncti. Aut ad aliā traducere sicut amor lenitur trāslatus transfususq; ab amica in alteram amicam: sic egritudo supprimitur aut sedatur si ad aliam egritudinem traducta sit: sic medici aiūt veterē morbū nouo morbo emoueri ac sanari posse: in quā sententiam est illud oratianum: emouit veterem mire nouus vt solet in cor. traiecto lateris miseri capitisue dolore vt letargicus hic cū fit pugil: & medicum vrget. Malū illud omnino: vt dicat consolator ad eum: quem cōsolatur illud nō esse malum: quod ille tantopere męret & lamentatur. A malis ad bona: inter Epicuri cyrias doxas: ita enim appellantur sententiæ principales & maxime ratæ: hęc vna est: animum a contē platu malorum auocandū ab ducendūq; esse ad bonorum p̄teritorum recordationē: voluptatum enim ceptarum recordatio vt inquit Epicurus beatam vitam facit. Officio fungi putet: qui męret ob idipsum vehementer męret: qđ existimat męrorē illum & luctum esse officiosum: piū debitum: tanq̄ ita fieri oporteat idcirco debet consolator detrahere lugenti hanc opinionem officiosi doloris. Erat in tumore animus. sicut mem

Morbum morbo tolli.

Cyriæ doxę epicuri.

soli carię regis vxor/ quę nobile illud halicarnasi fecit sepulchrū/ quādiu vixit/ vixit in luctu/ eodemq; etiā cōfecta cō tabuit. huic erat illa opinio quotidie recens/ quæ tñ deniq; nō appellabat recens cū vetustate exaruit/ hęc igit offi, cia sunt consolantium tollere egritudinem funditus aut sedare aut detrahere q̄plurimū: aut supprimere nec pati manare lōgius: aut ad aliam traducere sed qui vnum officium consolantis putent malum illud omnino non esse: vt Cleanti placet. sunt qui nō manum malum vt peripatetici. sunt qui abducunt a malis ad bona: vt Epicurus. sunt qui satis putant ostendere nihil in opinati accidisse nihil mali. Chrysippus autē caput esse censet in consolando detrahere illam opinionē merenti. si se officio fungi putet iusto atq; debito. sūt etiam qui hæc omnia genera cōsolandi colligūt alius enim alio modo mouetur/ vt fere nos omnia in cōsolationem vnā cōiecimus erat enim in tumore animus: & omnis in eo tentabatur curatio sed sumēdum

UVA. BHSC. IyR_246

brum quod in tumore est & turgidum: vitiose se habet: sic tumēs animus in vitio est & morbo Prometheus Aeschyli. De hoc ante dictum est: quem admodum. s. eschylus tragicus poeta apud grecos tragediam fecit nomine Prometheum: in qua inducebatur prometheus affixus caucaso intoleranter dolens: & erumnas flebiliter deplorans. Atqui: sed. Qui tempestiuā medicinā ait prometheus ratione mederi posse iracūdiæ si tēpestiuiter adhibeatur: cū nihil sit Salutarius tempestiua medicina Verum iterdum ita noxia est medicina intempestiuiter admota: sicut vulnus leditur illusu manus & tactu: vt autē crudum adhuc vulnus medētium manus reformidat deinde patitur atq; vltro requirit: sic recens animi dolor cō solationes reiicit ac refugit mox desiderat & vehemēter admotis quiescit. Altera scilicet medicina De ipsius. s. vi tę condictione: leuatur enim mœror dum consolator ostendit qualis sit condictio humana fluxa. s. quassa & ī lubrico pendens: vel dum de priuata conditione vitę illius qui męret differit. Tertia. s. medicina. Nihil posse pfici: solon quod ante dictum est ideo dixit se lugere & dolere: quod nihil proficeret. Sapiētem cō solatur: cleātis philosophi cō solatio supuacanea est vtpote ad solum sapientem pertinens: putat enim officium cō solantis esse: vt dicat lugenti illud nō esse malum: propter quod lugeat: cum nihil sit malum quod turpe non sit: & ob hoc colligit non esse lugendū ex obitu alicuius vel carissimi quia id malum nō est: cum nō sit turpe: sed in hoc peccat cleātes: qđ sapiēti adhibeat cōsolationem: cui nulla consolatione opus est: alioqui sapiēs nō esset: ex consolatione cleantis nō luctus detrahitur lugenti sed stultitia: si illi hoc pſuasum fuerit videlicet nihil esse malum qđ turpe nō sit: quod totū stoicę disciplinę est: verum lugens ac mœrore cōfectus consolādus est consolatio-

Tumēs animus vitio.

tempus est non minus in animorū morbis q̄ in corporum. vt Promethus ille Aeschyli/cui cum dictum essent Atqui Prometheu te hoc tenere existimo mederi ratione posse iracundiæ: respondet: si quidem qui tempestiuam medicinam admouens non ad grauescens vulnus illidat manus Erit igitur in consolantibus prima medicina docere aut nullum malum esse/aut admodū paruū Altera est & de communi conditione vite & proprie siquid sit de ipsius qui mœreat disputandum. Tertia sūmā esse stulticiam frustra confici mœrore: cum intelligas nihil Posse profici. Mā Cleantes quidem sapientem/ consolatur/qui consolatione non eget. Nihil enim esse malum quod turpe non sit si lugenti pſuaseris/non tu illi luctum sed stultitiam detraxeris. Alienum autem tempus docendi/ & tamen non satis mihi videtur

Nihil salubrius tēpestiua medicina.

Consolatio cleantis.

UVA. BHSC. IyR_246

nibus mitigatoris: non autem docendus: an malum sit quod turbe non est: illud enim tempus docendi non est: sed consolandi: dum recens: est meror. Eum nihil hominis esse: Platonis dialogi extant: quibus titulus est alcibiades siue de voto. In his Socrates castigat alcibiadē tanq̄ nihil hominē ac imperitum nimisq̄ gloriosum: quod esset in cōtione athenienſiū dicturus: quē: neſciret ac diſertaturus de iusto & iniusto: cū ipe iustorum atq̄ iniustorum iscius foret: ex quo platonico dialogo ductum est totū illud persianū: hoc puta nō iustū est illud male rectius illud. Denicq̄ tota illa satyra ex Platonis archetipho formata: tradunt historici alcibiadē: a luxu: a voluptatibus a malis moribus traductum fuisse a socrate ad bonā disciplinā: qui discēdi studio & sapientiæ amore pellectus exemplo cunctis amatoribus adulatoribusq̄ repulsis: ad socraticam disciplinam animū vertit: nusquā recedens a latere philosophi sapientissimi. Dimissa est itaq̄ superbia galli. & animę ad terrā depressę. erat alcibiadi ingenium vt tu cydides probusq̄ notificant: ad incontinentiam luxuriam voluptatesq̄ procliuiter ppē sum. quod Socratica disciplina ad frugalitatem reuocabatur. Nam socrates adolescentem vt autor est plutarchus monere & liberius accusare non desistebat: ostendens nullam in eo prudētiam nullam modestiam: nullū denicq̄ vestigium: esse virtutis: Itaq̄ eū qui omnem suę vitę cursum ī molitiæ corporis ac libidinibus collocaret: nō esse hominem: sed monstrū potius & immane quoddā animal appellandum his socraticis castigationibus Alcibiades sese afflictabat: lachrymansq̄ Socratem: quē cōprimis admirabatur supliciter rogabat. vt sibi virtutem traderet: quam amabat. vel imaginē potius: vt inquit Plato: gerebat amoris. olim in pugna deliaca Socratem ī magno periculo constitutū solus alcibiades protexit. Baiulum: pro vilissimo despectissimoq̄ ponitur græci βαστακτον. vocant quos latini baiulos appellant: sunt autē: qui onera humeris portant: & vecturas onerum corpore suo factitant: baiulare est onera ferre: apud Quintilianum in .vi. Ego te baiulare non possum: qui habuerint horoscopum ī secunda parte tauri vt inquit Iulius firmicus baiulabunt stercora latrinasq̄ purgabunt. Quid dicemus cleante: apostropha ad cleantem: qui putat consolationem esse efficacissimam monstrare lugenti mihi mali esse in re quā luget.

Alcibiades castigatus a Socrate

Satyra pſiii ex platone ducta.

Alcibiades pcliuis ad luxum.

Alcibiades ptexit Socratem.

Baiulus.

Baiulare.

vidisse hoc Cleantes suscipiali quando ægritudinem posse ex eo ipso/ q̄ non esse summum malum cleantes ipse fateatur. Quid enim dicimus: cum Socrates Alcibiadi persuasisset vt accepimus eum nihilominus esse/ nec quicquam inter Alcibiadem summo loco natum/ & quemuis baiulum interesse cum se. Alcibiades afflictaret lachrymansq̄ Socrati suplex esset/ vt sibi virtutem traderet: turpitudinemq̄ depelleret. Quid dicemus Cleantem: num in illa re quæ ægritudine Alcibiadē afficiebat mali nihil fuisse/ quid illa Liconis: qualia sūt

UVA. BHSC. IyR_246

Quid lyconis. lycon philosophus peripateticus eloquens fuit: & in dicendo suauis adeo: vt pro lycon glycon nominaretur: q̃ dictio dulcedinẽ significat. Gultu & vestium molicię nitidissimus: lucta & pilari lusione exercebatur: periit podagrę morbo annos natus. lxxiiii. fuit alius lycõ pythagoricus. Alius versificator: alius epigrãmatarius: hic de quo loquimur philosophus peripateticę sectę assectator ęgritudidem moueri aiebat ex incõmodis fortunę tantũ & corporis: aĩ mala excludebat: ex quo arguitur a Cicerone: ostẽdente alcibiadis exẽplo: ęgritudinẽ ex animi quoq; malis vitiisq; cõstare. Non tibi hoc soli: hęc est cõsolatio illa vsitatissima: vt cõsolantes dicamus lugẽti: nõ illi solũ id cõtigisse: sed aliis innumerabilib⁹ nec primũ nec vltimũ talia ꝑpessurũ: tãq̃ solatiũ sit lugentis turba lugentiũ: in quã sentẽtiã est illud ex senecę tragedia. Dulce męrẽti populus dolẽdũ. Vt tulerit quisq; ĩ cõsolãdis lugẽtibus debet cõsolator allegare exẽpla eorum: qui cõsimiles erũnas aĩo subnixo tulerũt: sicut seneca dum cõsolatur polypiũ insolabiliter rapto de fratre dolentẽ: refert exemplũ africani: q mortuũ fratrẽ tã magno aĩo desiderauit: q̃ defenderat: memorat emilianũ q adolescẽtulus ac ꝓpemodũ puer spectauit fere iũcta duorũ fratrũ funera: & tamẽ tanto aĩo tulit illã subitã familię suę vatistatẽ: q̃ debuit ferre vir in hoc natus ne verbi romanę aut Scipio de eẽt aut Carthago supesset percẽset etiã duorũ locullorũ direptam morte cõcordiam: hęc aũt efficacissima sunt fomẽta ad merorẽ leniendũ tollendũve: cũ hoĩes malint exẽpla q̃ verba: quia loqui facile est: p̃stare difficile. Ad tempus ęgritudinis: In ip̃o męroris momẽto: & hora vix curatio chrisippi potest adhiberi cũ animus ĩ tumore recenti collocatus tales medelas aspnetur. Dicebat aũt Chrisippus in cõsolando detrahendã esse męrenti opinionẽ illam officiosi debitiq; doloris. Non semper vtimur eodem

qui ægritudinem extenuans/paruis ait eam rebus moueri fortunæ & corporis incommodis/ non animi malis quid ergo illud quod alcibiades dolebat nõ ex animi malis vitijsq; constabat. ad Epicuri consolationem satis est ante dictũ Ne illa quidem consolatio firmissima est/quãquam & vsitata est & sæpe prodest. Nõ tibi hoc soli/prodest hæc q̃dẽ vt dixi. sed nec sẽper nec omnibus sunt enim qui respuant. sed refert quomodo adhibeatur. vt enim tulerit quisq; eorum qui sapienter tulerunt. non quoquisq; incõmodo affectus sit predicandum est. Chrysippi auctoritas ad veritatem firmissima est ad tempus ægritudinis difficilis. magnum opus est probare merenti illum suo iudicio: & quod se ita putet oportere: facere mœrere. nimirũ igitur vt in causis nõ semper vtimur eodem statu: sic enim appellamus con

Non tibi hoc soli.

Duce męrẽti populus dolendum.

Africanus fortiter tulit obitum fratris.

Exemplum emiliani.

Malũt exẽpla q̃ verba

UVA. BHSC. IyR_246

De statu siue constitutione.

statu. M. Tul. Quintilianus: fortunatianus: martianus cæteri doctores rhetorici tradunt. In causis potentissimum esse statum siue constitutionem. Est autem status prima vt quidam dixerunt causarum conflictio: vel vt sentit Quintilianus: quod ex prima conflictione nascitur exempli causa. Intentio est: feciſti homicidium: depulsio est: non feci quæstio an fecerit: hinc constituto fit coniecturalis: fuerūt: q duos tā status facerent: fuerunt qui quattuor: nō defuerunt qui sex: obtinuit sententia eorū q tres status generales esse dixerunt coniecturalē

Cōiecturalis.

iuridicialem. finitiuū: in rhetoricis ad herenniū: p finitiuo legalē inueniesi: cui finitio subiungitur: tanq̄ generi species: vt igitur in causa nō semper vtitur Orator eadem cōstitutione siue statu: sed put causa deposcit modo coniecturalis: modo iuridicialis: modo finitiuus adhibetur: sic ad egritudinē leniendā nō semper eadem consolatione vt oportet: sed causa & ꝓsona merentis cum primis spectāda est: quoniā nō eadē omnibus sunt accōmodata. Alius exēplis mouetur. Alius ratiōnibus. In alio efficax erit epicurei: in alio Chrysippi consolatio: vnicuiq̄ .n. sui mores sunt: suū ingeniū: sua natura: quibus cōsolator consolationes ita accōmodauit: vt orator causæ status siue constitutiones accōmodat. Nihil opinione affingatur sapiens opinione non ducitur: vt lugeat vt in ęgritudine sit. non se luctu conficit: quia opinetur ita fieri oportere. Iam .n. ante dictum est opinionem existimari fontē & originē ac causam non solum tristitiæ: sed reliquarum quoq; ꝑturbationum quibus sapiens non assentitur nec cedit: cui nihil malum videtur: nisi quod turpe sit. Est omnium maximum: tristitia siue ægritudo inter cæteras perturbationes: quæ ita grauis est: vt ea qui premitur: miser esse videatur. Quare ea quoq; ꝓpellenda est: & ad eam sanandam adhibenda medicina. Ea autem est: vt ante diximus: de qua nunc dicemus: quæ ad ægritudinem leniendam valeat. Sed quoniam ægritudinis duæ sunt partes: vna opinabilis: altera naturalis: opinabilis quæ ex opinione: naturalis quæ ex natura corporis nascitur: de opinabili prius dicemus: quæ ex opinione nascitur: quæ ex natura: postea. Opinabilis igitur ægritudo est

bationes potentissima est: quæ lancinant precordia ex est animum: torquet hominem: & plane carnificina est. Certa quæ de paupertate hec tanq̃ species generi subiciuntur: vt de paupertate dicere. de vita inhonorata. de exilio & cæteris calamitatibus: quæ omnia afferunt ægritudinem. Vita in gloria: tutior interdum & beatior est vita in gloria: q̃ gloriosa. hinc illud votum tragici poetæ. Me metellus lare secreto tutoq; tegat: apud Virgiliũ. Mauult ille mutas agitare inglorius artes: quidam vitam inhonoratã existimãt esse supplicii: vnde fit vt ambiant: rogent supplicent: iniurias & contumelias non pauCas perferant: vt ad honores cupitos exambitoso; aliquãdo perueniant: hinc a cipriano dictũ est vere ac decenter: fascibus ille oblectatus & honoribus esse priuatus & ĩglorius non potest: hic stipatus clientum cuneis frequentiore comitatu: officioſi agminis honestatus penam putat esse cũ solus est. In singulos libros: vt singulatim separatimq; disputent. de exilio. de cecitate. de paupertate. & reliquis. quarum rerum singularum sunt propriæ cõsolationes. Opus querunt. ordo est: opus querunt delectationis: q̃q̃ & sunt disputationis: sensus est: querunt talia scribendo delectare: q̃uis & talia disputationibus plane conueniant: qui tollit ęgritudinem imitatur medicũ corpori medentem: qui nec minimã quidem partem omittit: quin curet. Si quid tenebrarum offudit exilium. Exilium vt definit Seneca in libro de consolatione ad albinam: est loci commutatio. hanc autem loci commutationem sequuntur incommoda: ob que: videtur exilium esse res misera: calamitosa: quo claritudo felicitatis obscuretur: veluti: tenebris offusis: sed cum naturalis q̃dam

Vita in gloria.

Exãbiti honores.

Exiliũ qd.

bis id genus ægritudinis q; vnum est omnium maximum/vt eo sublato reliquorum remedia: ne magnopere quęrenda arbitraremur. Sunt. n. certa qua de paupertate/certaq; de vita inhonorata & in gloria dici soleant. separatim autem certe scholæ sunt. de exilio. de interitu patriæ. de seruitute. de debilitate. de cecitate. & de omni casu. in quo nomen poni solet calamitatis: hæc græci in singulas scholas/& in singulos libros dispertiunt. Opus enim querunt: quãquam plane disputationis sunt delectationis. & tamen vt medici toto corpore curando minime etiam parti si condoluit medentur, Sic philosophia cum vniuersam ægritudinem sustulerit: tamen si quis error aliund e extitit/si paupertas momordit/si ignominia pupugit/si quid tenebrarũ offudit exilium aut eorum quæ modo dixi si quid extitit: & si singularum rerũ sunt pprię consolationes/de q̃bus audies tu quidem

animis mortalium irritatio insit commutandi sedes: transferendi domicilia atq; peregrinandi: non video quid tantum mali in se cõtineat exilium: quod quasi peregrinatio quædam est & commutatio loci: quem quotidie infinita multitudo commutat. M. Tul. in oratione p au. cecina. exilium inquit supplicium non est: sed pfugium: portusq; supplicii nam qui volunt pœnam aliquã subterfugere, aut calamitatẽ eo solum vertunt. hoc est sedem ac locum mutant. Itaq; nulla in lege nostra reperietur: nec apud cæteras ciuitates: malefícium vllum exilio esse mulctatum: sed cum omnes vincla neces ignominiasq; vitant: quæ sunt legibus constitutę: confugiunt: quasi ad arma in exilium. Item in oratione pro domo sua exulem ait nomen esse calamitatis non turpitudinis. vbi autem turpitudo non est malũ esse non potest. ex stoicorum decretis. Quod frustra suscipiatur: ægritudo frustra suscipitur cum mœrendo lugendoq; nihil pfici possit. Ideoq; ait Seneca: illud te nõ minimum adiuuerit: si cogitaueris nihil profuturum dolorẽ tuum: nec illi quem desideras: nec tibi. nam si quicquã tristitia profecturi sumus: nõ recuso quicquid lachrymarũ fortunæ superfluit: tuæ fundere. Contractiunculæ: quasi pũctiunculæ quę naturales sunt contractio. n. animi est ex mœrore: sicut contractio frontis ex tristitia. Quod cum sapiẽtia esse: si in sapientem ægritudo non cadit: non potest esse contubernium ęgritudinis & sapiẽtię. vbi. n. ille est hæc non adest: vbi hæc adest: illa abest. Atqui: sed. Quam multę: grãmaticę regulę: quę interdum fetutinæ sunt & rancidæ. diceret p multę q̃ plurimæ. vel per quam multæ: sed qui seruit elegantiæ vtrunq; p loco decenter vsurpat: sic cæsar: mundissimus elegantissimusq; scriptorum dixit: q̃ magnũ numerũ iumentorum atq; hominum intercipiunt. sic. Q. curtius inter classicos scriptores spectatissimus ait: perq̃ maximo potest exercitu comparato. Trunco euerso: perstat in translatione arboris: nomine trũci significãs ægri

Profugiũ non supplicium.

Solũ vertũt

Exul nomẽ calamitatis

Nihil pfuturum

Cõtractio animi.

Regulę grãmatices rãcidæ.

Quã magnus.

Perq̃ maximus.

cum voles: sed ad eundem fontem reuertendum est: ægritudinem omnem procul abesse a sapiente/q; inanis sit/ quod frustra suscipiatur. q; non natura exoriatur. sed iudicio. sed opinione. sed quadam inuitatione ad dolendum/cũ id decreuimus ita fieri oportere. hoc de tracto quod totum est volũtarium ęgritudo erit sublata mœrens morsus tamẽ & contractiunculæ quædam animi relinquentur: hanc dicant sane naturalẽ/ dum ægritudinis nomen absit. graue. tetrum. funestum. quod cum sapientia esse / atq; vt ita dicam habitare nullo modo possit. Atqui stirpes sunt ægritudinis/quam multe / quam amare/quæ ipso trũco euerso omnes elidende sunt & si necesse erit singulis disputationibus. supest. n. nobis hoc cuiusmodi est

UVA. BHSC. IyR_246

tudinem:nomine ſtirpium & radicularum agnatas perturbationes:quæ ex ægritudinis fonte in riuos deducuntur:& ex hoc trunco veluti ſtirpes fibręq; ſoboleſcunt:ex quo fit vt euerſo trunco elidantur ſtirpes:vt ſublata ęgritudine reliqua tollantur. Cuiuſmodi eſt: hoc ideo dixit tanq̃ id ocium minus gratũ ſit:q̃ negocia forenſia:& ſenatoriæ occupationes: quibus florente.re.pu. dominabatur.tunc vero frigebat in ocio:cum omnia aduniuſ tęſaris nutum forent deuoluta. Et emulari & obtrectare videntur:hæc idem ſignificare ſed tamen aliquid differunt: quæ omnia ægritudini ait eſſe ſubiecta:de quibus proxima tuſculana copioſius diſſeretur. Fibrę ſtirpium: quaſi adiculæ minutæ:& veluti capillamenta in extremo ęgritudinis trunco adherescentes.fibrum enim antiqui extremum dixerunt. vt docet Mar.Varro. vnde fibrę dicte extremitates in iecore & fimbrię in veſtimentis.& fibrę in arboribus & herbis. Plinius in.xix.tubera vocãtur hæc vndiq; terra circundata nulliſq; fibris innixa: aut ſaltem capillamentis. Elidendę. ſuffocande. ſtrangulande. effringende. ita vt reuiuiſcere ac repullulare nõ poſſint. Non idem arduum. Vetus verbum eſt: omnia p̃clara ardua eſſe & rata: alioquí nihil preclarum haberetur niſi difficultas ſubeſſet: qua fit prečioſum. Domicilium virtutis.vt inquit Silius.in arguo colle & edito ſitum eſt. Curationem: tranſlatio a medico cuius ꝓpria curatio eſt: tanquam philoſophia ꝓprie ſit medicina animorum: ſicut medicina corporum philoſophia exiſtimatur germanę enim ſunt & copulatę philoſophia ac medicina.

ocium:ſed ratio vna omnium eſt ęgritudinum.plura nomina:nam & inuidere ęgritudinis eſt/& emulari/& obtrectare:& miſereri:angi lugere mœrere: erũna affici lamẽtari:ſollicitari:dolere/ ĩmoleſtia eſſe afflictari: deſperare. Hęc omnia diffiniunt ſtoici/eaq; verba quæ dixi ſingularium rerum ſunt non vt videntur eaſdem res ſignificant.ſed aliquid differunt.quod alio loco fortaſſe tractabimus.hec ſunt ille fibre ſtirpiũ. quas initio dixi perſequendæ/& omnes elidende/ ne vlla vnquam poſſit exiſtere.Magnum opus & difficile:q̃s negat.Quid autem preclarum nõ idẽ arduum ſed tamen id ſed effectura philoſophia profitetur nos modo curationem eius recipiamus.Verum quidem hæc hactenus. Cætera quotienſcunq; voletis & hoc loco/& alijs parata vobis erunt.

Fibrę.

Fibrum.

Oẽ p̃clarũ arduum.

Philoſophia.

Medicina.

Finis tertii libri.

UVA. BHSC. IyR_246

Philippi Beroaldi commentarius in quartam Tuſculanam.

UBbiq; Mar. Tullius veluti philopatros: hoc eſt verus amator patriæ: non ſolum tutatur ac defendit partes romanorum: ſed frequenti p̃conio iactat & extollit: tanq; ingenia romanorum cęteris nationibus antecellant: & profecto nulla vnq; res pu. nec maior: nec ſanctior: nec bonis exemplis ditior fuit: nec clariſſimis ingeniis copioſior vt nõ ĩmerito dixerit Plinius. Gẽtium ĩ toto orbe p̃ſtantiſſimã vnã omniũ virtute haud dubie romanam extitiſſe: hinc Valerio maximo facta dictaq; ſimul memorabilia pcẽſenti. Vberior copia in omni genere exẽplorum ex romanis ſuppetit: q̃ ex reliquis omnibus nationibus. Itaq; nũc. M. Tullius excellentiam romanorum in ſtudiis doctrinarũ cumprimis exequitur: potiſſimũq; philoſophię quæ tuſculanarum quęſtionũ vnica eſt materia & peculiare argumẽtum. Cũ partim. Studiis litterarum q̃ romani ſerius acceperũt: apd̃ quos philoſophia diu latuit: nec vllum habuit lumen litterarum latinarum. A primo ortus: ab origine vrbis romę. Inſtitutis regiis: titulus eſt apud iuriſconſultos de conſtitutionibus principũ: vbi ait Vlpianus: quod principi placuit legis habet: vigorem: Pomponius quoq; iuriſcõſultus auctor eſt: latas eſſe: leges a regibus. quæ omnes conſcriptæ erant in libris papirii: vnde ius ciuile papirianũ appellatur: non quod papirius de ſuo quicq̃ adiecerit: ſed quod leges regias ſine ordine latas in vnum cõpoſuerit. Legibus: appellatione legũ. leges duodecim tabularum. ſenatuſconſulta. plebiſcita. legitimę actiones: interpretationes prudentum & alia id genus continentur: eſt autẽ lex: vt ait Vlpianus cõmune p̃ceptum virorum prudẽtum & conſultũ: chryſippus dixit legẽ eſſe diuinarũ humanarũq; rerũ notitiã: legis virtus eſt: vt tradit medeſtinus imperare: vetare: permittere: punire. Auſpicia. M. Tullius in oratione aruſpicũ reſponſis: ait omnes gentes: nationeſq; ſuperari a romanis pietate ac religione: auſpicia autẽ in tanto apud romanos honore antiquitus fuerunt nihil publice ſine auſpitiis: nec domi: nec militię gereretur auctores. Mar. Tullius & Liuius Dicta ſunt autem auſpicia: vt exponit Auguſtinus. & in decretis canonicis vigeſima ſexta quęſtione quarta: traditum eſt: quaſi auiũ ſpicia. ſicut auguria quaſi auium garia: ab auium garritu & voce. Duo ſunt genera auſpitiorum: vnum ad oculos: alterum ad aurum pertinẽs: ad oculos ſcilicet volatus: ad aures vox auium: Thireſias thebanus auſpicia auiũ primus inuenit. Vir-

Leges regiæ.

Ius ciuile papyrianũ. Lex quid.

Auſpicia in magna exiſtimatione.

Auſpicia vnde.

¶ Marci Tullij. C. Tuſculanarum Quęſtionum Liber Quartus.

CVm multis in locis noſtrorũ Hominum ĩgenia: virtuteſq; brute ſoleo mirari: tum maxime his ſtudijs: quæ ſero admodum expetita in hanc ciuitatẽ e gręcia tranſtulerunt. Num cum a primo vrbis ortu regis inſtitutis/partim etiam legibus/auſpicia/cerimonię/ comitia/prouocationes/patrum cõſilium. equitum peditumq; deſcriptio/tota res militaris

UVA. BHSC. IyR_246

gilius vtrūq; auſpiciorum genus illo verſu complexus eſt: & volucrum linguas & præpetis omina pennæ. Marcus Tullius in ſecundo de diuinatione deridet auſpicia: q̄ nulla eſſe ait: quod autem omnes reges: populi nationes: vterentur auſpitiis id ita refellit: quaſi non aliud tam vulgare ſit quam nihil ſapere. Comitia: conuentum populi & coitionem ad magiſtratus creandos: atq; ad leges ferendas comitia appellamus: erātq; diſcriminata comitia: vt alia calata. alia centuriata. alia curiata vocarētur. & comitiales dies dicti: quibus fas erat populo conuenire ad ſuffragium ferendum. Ioue tonante: fulgurante: comitia populi habere nefas erat. Comitiorū enim non habēdorum cauſas eſſe voluerūt. vt docet Mar. Tul. Comitiales homines decenter appellat Plautus litigioſos qui litium cauſa ſemper ſunt in comitio inquietantes tribunal prętoris: qui ſi nihil eſt litium lites ferunt. Prouocationes. Valerius publicola legem tulit de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populū: quæ in vulgus fuit mire grata. auctor Liuius in ſecundo: ſine puocatione erat dictatura. Annotat idem Liuius ī tertio puocationē nō eſſe lōgius abvrbe mille paſſuū. Prouocatio aūt idē eſt qđ appellatio: data aduerſus iniuriā magiſtratuū puocare & appellare ſenſu congruūt elegātia differūt: ita. n. elegāter loqmur: puoco ad populū appello tribunos. Alterū cū ꝓpoſitiōe. Alterū citra ꝓpoſitionē: vſurpatiue tamē dicitur appello ad pricipē. Vlpianus. qđ faciat iudex videdū eſt & poterit ad pricipē appellare. Patrū cōſiliū: ſenatus conſulta ſignificat. Eqtū pedītūq; deſcriptio: res militaris armis cōſtat & viribus: hæc ī tres diuiditur partes æquites. pedites. claſſes. eqtū alæ dicūtur ab eo quo ad ſimilitudinē alarū ab vtraq; parte ptegāt acies: q̄ vexilationes vocātur. Eſt aliud genus æqtū q legionarii nominātur. ꝓpterea q connexi ſunt legioni: romana virtus ꝑcipue ī legionū ordinatione ꝓpollet. Legio autē expeditibus conſtat & equitibus. ꝑterea romulus tres æquitū cēturias deſcripſerat. Luceres. Ticiēſes. rānēſes. Seruius autē Tullius: pedeſtrē exercitū p claſſes diſtribuit. vt Dionyſius & Liui teſtimonio ſatis liquet: ſcripſitq; cēturias æquitum duodecim ex primoribus ciuitatis: ſex item alias centurias tribus ab romulo inſtitutis cēturiis ſub iiſdem quibus inaugurate erant nominibus fecit. At æquos emendos dena milia æris ex publico data: fuerunt etiam æquitū decurię ſub om-

diuinitus eſſet conſtituta/tum progreſſio admirabilis incredibiliſq; curſus ad omnem excellentiam factus eſt domi. natu regio re.p. liberata/Nec vero hic locus eſt/vt de moribus inſtitutiſq; maiorum & diſciplina ac temperatione ciuitatis loquamur. Aliſs hæc locis ſatis accurate a nobis dicta ſunt. maximeq; in his ſex libris quos de re publica conſcripſimus. hoc autem loco conſideranti mihi ſtudia doctrinæ/ multa ſane occurrunt: cur ea quoq; accerſita aliunde neq; ſolum expetita: ſed etiam conſeruata & culta videantur. Erat enim illis

Niltā vulgare q̄ nil ſapere

Comitia.

Comitiales homines.

Prouocatio

Prouoco ad populum.

Equitū alę. Vexillatio nea.

Legionarii

Cēturię eq.

UVA. BHSC. IyR_246

Celeres. Flexumies Trosuli.

nibus iudicum descriptæ. nam nongenti selecti: tribuni ærarii: celeres flexumines: trosuli nuncupati: de quibus in commentariis Suetonii nō parū multa. Re publica liberata. Sallustius in hanc sentētiam: sed ciuitas incredibile memoratu est: adepta libertate quantum breui tēpore creuerit: tanta cupido gloriæ incesserat. Versus extat Ennianus concinniter factus: moribus antiquis res stat romana virisq; quem Enniiversum memorat M. Tul. in principio quinti libri de re publica: quē inquit: vel breuitate vel veritate tanq; ex oracolo mihi quodam esse effatus videtur. nam neq; viri nisi ita morata ciuitas fuisset neq; mores: nisi hi viri pfuissent: aut fundare: aut tādiu tenere potuissēt: tantam & tā iuste lateq; imperantem rē publicam. Itaq; ante nostrā memoriam: & mos ipse patrius præstantes viros adhibebat & veterum morem ac maiorum instituta retinebant excellentes viri hactenus. Mar. Tullius. Accersita aliūde euocata acceptaq; a grecis. Pene in conspectu: metapontum: crotonam heracliam ciuitates: in vltima italiæ ora sitas intelligit: quibus in locis pythagoram iuuenum emulantium studia cetus habuisse historici prodiderunt: vbi vice numinis cultus est. Præclarus auctor nobilitatis tuę. M. hic brutus: ad quem Cicero scribit: auctorem progenitoremq; habet iunīū illum brutum tarquiniorum exactorem libertatis assertorem: primum romanum consulem: cuius statua in capitolio visebatur media inter regum imagines strictum ensem tenens: a cuius filio posteritas brutorum familię omnis propagata est. In italia grecia: græci in extrema italiæ ora multas vrbes cōdiderunt. vnde magna grecia dicta: de qua in primo commentario copiosius annotatum est. In his scilicet vrbibus: maximeq; metaponti. Cratone: heraclīæ: a pythagora italia philosophia defluxit: pythagoram ex eo dictū fuerunt: quod vera pythio non minus loqueretur. Pythagoreorum: vt archite tarentini. Alcmeonis crotoniatæ: hippasi metapontini: phylolai crotoniatæ. hi. n. omnes pythagorei fuerunt. Aures clausas fuisse: interrogatiue legēdum quis tutet clausas fuisse aures Romanorum ad hauriendas doctissimas pythagoræ & pythagoreorum voces. Nummam pythagoreorum existima-

Moribus antiqs res stat. Romana viriscq.

pene in conspectu præstanti sapientia & nobilitate Pythagoras/ qui fuit i italia temporibus iisdem quibus. L. Brutus patriam librauit: præclarus auctor nobilitatis tuæ. Pythagoræ autem doctrina cum longe lateq; flueret permanauisse mihi videtur in hanc ciuitatem Idq; cum coniectura probabile est tum quibusdam etiam vestigiis indicatur. Quis est enim qui putet cum floreret in Italia græcia potentissimis & maximis vrbibus/ea: quæ magna dicta est/ in hisq; primū ipsius pythagore: deinde postea pythagoreorum tantum nomen esset/ nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas

Statua bruti gladio.

Pythagoras vnde.

UVA. BHSC. IyR_246

tum. Nūma pompilius secundus Romanorum rex. Consultissimus fuit omnis diuini & humani iuris: vt in illa quisq; ætate esse poterat. erantq; multa illius institutа pythagoricis documentis simillima. Ex quo creditum est: auctorem eius doctrinæ fuisse samium pythagoram sed falso: vt Dionysius Liuiusq; notificant. quattuor enim ætatibus integris pythagoras numa posterior fuit vt ex cronicorum librorum obseruatione collegimus: pythagoras. n. in italia venit tarquinio regnū obtinentem: cui cognomentum superbus fuit. Eū qui. Auctor est Plutarchus: numam pompilium: sapientia pythagorica preditum fuisse multaq; instituisse: placitis pythagoræ congruentia. tradit Augustinus in. vii. de ciuitate dei numam hydromanticum fuisse qui in aqua videret imagines deorum: vel potius ludificationes demonum: quo genere diuinationis postea pythagoram philosophū vsum fuisse. M. Varro commemorat. Valerius antias Crassius hemina & scriptores alii: prediderunt pythagoricos fuisse libros illos nume pompilii qui in arca lapidea olim inuenti: in comitio igne a victi mariis in conspectu populi cremati sunt. Propterea quod pleraq; ad dissoluendas religiones pertinentia continebant. & vt ait Plinius: nulla in his libris scripta erant nisi philosophiæ pythagoricę. Vestigia pythagoreorum: pythagorei illi proprie dicuntur: qui sectam tenent pythagoræ & dogmata: pythagoristæ vero: qui vitam. Cum stę carminibus soliti vestigiū pythagoreorū: qđ in italia romæq; floruerint: id maximū est: sicut. n. illi carminibus fidibusq; vti solebāt: sic Romani ad tybia carmina canebāt in cōuiuiis: qbus clarorū virorū laudes continebantur: Pythagoricis. n. vt ingt Quintilianus in nono moris fuit cū euigilassent animos ad lyram excitare: quo essent ad agendum erectiores: & cum somnum

Numma.

Pythagoreus credit?

Pythagoras tēporibus. Tarquinii.

Numa hydromanticus.

Pythagoreus.

Pythagorista

Animos ad lyram componere.

fuisse? Quinetiam arbitror propter pythagoreorum admirationem. Nummā quoq; regem pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam cum pythagoræ disciplinam & instituta cognoscerēt regisq; eius æquitatem & sapientiam a maioribus suis accepissent: ætates autem & tempora ignorarent propter vetustatem/eum qui sapientia excelleret pythagoræ auditorem fuisse credidērūt & de coniectura quidem hactenus. Vestigia autem pythagoreorum quanquam multa colligi possunt: paucis tamen vtemur/quoniam non id agit hoc tempore. Nam cum carminibus soliti illi esse dicantur: & præcepta quædā occultius tradere & mentes suas a cogitationum intentione cantu: fidibusq; ad tranquillitatē traducere grauissimus auctor i originibus dixit Cato morē apd

peterēt ad eā prius lenire mētes: vt si qd fuisset turbidiorū cogitationū cōponerent. Idem auctor est in primo pythagorā concitatos ad vi pudicæ iam domui differēdam iuuenes mutato cantu cōposuisse. de musica pythagore scribit Macrobius in scīo in somniū scipionis. Martianus quoq; in libro de musica sic inquit. Pythagorei docuere ferociā animi: tibiis aut fidibus mollien

Musica molliri animi ferociam.

tes cū corporibus adherere nexū fœdus aiarū. In originibus in libris originū. Ita. n. portius cato libros inscripsit de quibus in primo cōmentario dictū est. Vocū sonis: ex pscripto doctrinaq; pythagoræ atq; pythagoreorū. Cōdi: cōponi. vnde conditores historiarū & librorū cōpositores dicti. Ne liceret fieri alterius iniuriā. xii. tabulæ decēuirales: qbus leges romanæ continebantur capitali sentētia sanxerūt: siquis carmē cōdidisset qđ infamiam faceret flagitiūue alteri qđ. M. Tul. i libris de re publica testatur: & diuus Augustinus repetit libro scīo de ci. dei. De hac lege. xii. tabularum. Intellexit Oratius sic scribēs in secūdo sermonū: si mala conciderit in quēq; carmina ius est iudiciūq; vbi exposuit porphirio: lege cautū fuisse: neq; in quēq; maledicū carmē scriberet. quinetiam in. xii. tabulis lex erat phibēs iniurias incantamētorum: cuius verba hæc sunt: qui malum carmen incantasset: & alibi: qui fruges excantasset. Nec illud non. i. illud etiam argumentum est. Duæ. n. negatiuæ particulæ affirmant: apud antiquos negatiuas duas negatiuæ vnius signi ficantiam habere obseruauimus. vt illud Varronianum: qui nō modo igno rasse me clamat sed omnino oīs heroas negat nescisse. Idem Varro. Negatiuas duas pro vna accipiendas esse demonstrauit cum sic ait: a rege munera eorum noluit nemo accipere. Deorū puluinaribus fides pcīnūt. i. pcētio fit a fidicinibus. Dixit Oratius in carminibus: & thure & fidibus iuuat placare deos: vbi exposuit porphirio fidicines hodie quoq; romę ad sacrificia adhiberi: sicut tibicines nemo est q nesciat: theologi canere cęlū cōprobantes sonos musicos sacrificiis adhibuerūt: qui vt auctor est Macrobius: apud alios

Capitale supplicīū famosi carminis.

Ne maledicū carmen scribatur.

Qui malū carmē incātasset Negatiuæ duę p vna.

Fidicines ad sacrificia

maiores hunc epularum fuisse: vt deinceps qui accubarent: canerent ad tibiā clarorum virorum laudes atq; virtutes. Ex quo perspicuum etiam & cantus tum fuisse rescriptos vocum sonis & carmina: quanquam id quidem etiam xij. tabulæ declarant, condi iam tunc solitum esse carmen: q; ne liceret fieri ad alterius iniuriam leges sanxerunt. Nec vero illud non eruditorum temporum argumentum est: q; & deorum puluinaribus & epulis magistratuum fides præsinuat: q; proprium eius fuit de qua loquor: disciplinæ mihi quidem etiam Appij cæci carmen quod valde panetius laudat epistola quadam quę est ad Qu. Tuberonem. pythagoreorum videtur. Multa sunt etiam in nostris instituis

UVA. BHSC. IyR_246

lyra & cythara: apud nōnullos tibiis aliisue musicis instrumentis fieri solebant: pythagoras pythagoreiq; vulgauerunt mundum oratione musica compositum esse: q̄ postea sit lyra immitata: nunc. M. Tul. aut disciplinæ pythagoricę hoc esse vestigium: quod fidicines p̄cinunt in sacris deorū lectisterniisq;. Et epulis magistratuum publicis. Puluinaria enim deorum lectuli sunt: quæ sterni in tēplis consueuerunt. Et vt ait Seruius aliquādo ponuntur pro templis: hīc dicta lectisternia: quorū crebra mētio apud auctores. M. Tullius in oratione de auruspicum respōsis nominat p̄centionem: epulas ludorum: epulones: q ministri erāt pontificū: faciebātq; epulare sacrificium. ad quintum tuberonē: Ad hunc scripsit panecius de dolore patiendo: fuit quintus helius tubero iuris ciuilis consultissimus: idem stoicas dialecticasq; disciplinas percalluit. Ab illis pythagoreis. Qui oratores: hęc est q̄ multi q̄ clari. interrogatiue legendum. ip̄e in bruto percēset nomīatim infinitos ꝓpe oratores latinis. sapientiæ philosophiā intelligit. Stoicum diogenē athenienses quondam tres philosophos inclytos ad senatum romanū legatos miserūt: impetratum. vti mulctam remitteret: quam ciuitati eorum fecerat: propter oropi vrbis vastationem: fuerat ea mulcta talentorum fere quingētorum. Erant autem isti philosophi: Carneades academicus: Diogenes stoicus: Critolaus peripateticus: quos ferūt seorsum quemq; ostētandi gratia: per celeberrima vrbis Romæ loca magno hominum conuentu disertauisse. Tum admirationi fuisse aiūt rutilius & polybius philosophorum triū sui cuiusq; generis facundiam. Violenta inquiūt & rapida carneades dicebat. scita & teretia Critolaus. Modesta diogenes: &

Mūdus musicę cōpositus.

Puluinaria

Lectisternia.

Epulones qui.

Tes philosophi Legati Carneades Diogenes Critolaus.

tutis ducta ab illis. quę prętereo: ne ea que peperisse ipsi putemur/ aliūde didicisse videamur. sed vt ad propositum redeat oratio q̄ breui tp̄e quot & quanti poetæ/ qui autem oratores extiterūt. facile vt appareat nostros omnia conse qui potuisse/ simul vt velle cepissēt/ sed de cęteris studijs alio loco & dicemus si vsus fuerit. & sępe diximus. sapiētiæ studium vetus id quidem ī nostris/ sed tamen ante Lelij ętatē & Scipionis nō reperio quos appellare possim nominatim quibus adolescētibus stoicum diogenem/ & academicū Carneadē video ad senatū ab atheniensibus missos esse legatos/ qui cum reip. nullam vnq̄ partem attigissent: essentq; eorū alter cyreneus: alter babilonius: nunq̄ profecto scholis essēt exercitati/ neq; ad illud munus electi nisi in quibusdam principibus tēporibus illis fuissēt: studia doctrinę: qui cum cętera litteris mādarēt: alij

UVA. BHSC. IyR_246

sobria: qui in senatum introducti vsi sunt interprete cecilio senatore. Alter ex
Nisi chrysippus esset ego nō essē Disciplina regalis.
rencus. Carneades: qui libris chrysippi perlectis. ita laudabat: vt diceret nisi chrysippus esset. ego non essem. Babylonius: diogenes. Monumenta maiorū: res gestas: & historias intelligit. Amplissimam artium: philosophiam dicit: quam Apuleius. Disciplinam regalem nominat: tam ad bene dicēdum q̄ ad bene viuendum repertam. Et item aliomodo: inter peripateticos & stoicos est eadē disciplina. sed videtur lōge dissimilis. dum alio modo loquūtur: nam q̄ peripatetici bona dicūt. stoici malunt cōmoda appellare & ꝓposita. quæ illi mala. Isti reiectanea: multaq; alia hoc genus. Ideoq; dictū est stoicos torqueri verborum controuersia. Disceptarēt: cōponerent: moderarentur: hic disceptator dicitur rei sententięq; moderator: vt docet. M. Tullius in partitionibus ad filium. Disciplinam: philosophiā. Emuli: studiosi & imitatores. Rationis. philosophię. virtus enim nihil aliud est: q̄ recta ratio: omnes virtutes rationes sunt: sequitur. ratio naturā: quid est inquit Seneca rō naturę imitatio. Q̄d etiam facile discātur natura cōparatum est: vt deteriora facilius ediscantur: & memorię pertinacius inhereſcant hinc illud Quintiliani & hęc ipsa magis pertinaciter hęrent: q̄ deteriora sunt. In hanc sentētiam ait Oratius sic scribens ī epistolis. Discit enim citius meminitq; libentius illud: quod quis deridet: q̄ quod ꝓbat & veneratur: vbi exposuit porphirio maiore studio ridiculosos versus ediscit & memoria retineri: q̄ admirabiles. Sunt iudicia libera: proverbialis sententia est illa Terentiana quot capita tot sen-

Bona Cōmoda Mala Reiectanea Disceptator.

Virtutes rōnes.

Deteriora facilius ediscuntur.

ius ciuile: alij orationes suas: alij monumenta maiorum. hanc amplissimā omnium artiū beneviuendi disciplinā vita magisq̄ litteris persecuti sūt. Itaq; illius verę elegātisq; philosophię. quæ ducta a Socrate in peripateticis adhuc permansit: & idē alio modo dicētibus stoicis. cum academici eorum cōtrouersias disceptarent. nulla fere sunt aut pauca admodum latina monumenta. siue ꝓpter magnitudinē rerū occupationēq; omnium: siue etiam quod imperitis ea probari posse' non arbitrabātur cū interim illis sillētibus. C. Amafanius extitit dicens. cuius libris editis cōmota multitudo contulit se ad eandem potissimū disciplinam. siue quod eratcognitu perfacilis: siue quod inuitabatur illecebris blandis voluptatis. siue etiā quia nihil probatum erat melius. illud q̄d erat tenebāt. Post Amafaniū autē multi eiusdem æmuli rōnis. multa cum scripsissēt. Italiā totā occupauerunt. Quodq; ma-

UVA. BHSC. IyR_246

tentiæ: antistius labeo augusto respondit: suum quemq; iudicium habere: & a Persio dictum est. velle suum cuiq; est: nec voto viuitur vno: vt dicam quod sentio: totidem pene ingeniorum ac iudiciorum reperias. quot corporũ formas: dicere solebat Tyberius in ciuitate libera. Linguam mẽtemq; liberas esse debere. Nos institutum tenebimus: Institutum Marci Ciceronis prope solemne est. Vt nulli sectę addictus: nulli disciplinæ mancipatus esse velit: sequens id: Quod maxime probabile esse videatur. Iuxta illud Oratianum. Nullus addictus iurare in verba magistri. Vt enim in inferiorem ambulationem: academiam intelligit. Ita enim iferior ambulatio: siue gymnasium in tusculano nominabatur. Cũ superiori gymnasio nomen esset lyceum: a nomine Aristotelice scholæ. Dicat si quis vult Gorgiam Leontinum lacerant eruditi. & ludit Socrates Platonicus: quod vnus ex omnibus ausus sit in conuentu poscere: qua de re quisq; vellet audire: qui de omni re quęcumq; in disceptationẽ quæstionemq; vocaretur se copiosissime dicturũ esse pfitebatur. cui tantus honos est habitus a græcia soli: vt ex omnibus statua non inaurata sed aurea solida statu eretur quã vocãt holosphyraton: hippias quoq; gloriatus est cuncta pene audiente græcia nihil esse vlla in arte rerum omniũ quod ipse nesciret: nunc Cicero ex instituto gorgiæ iubet q quosq;

Suũ cuiq; iudicium.

Lingua Mens Liberæ

veritas: clamat quodammodo non posse beatum dici: eum q in tormētis sit: neq vitam beatam esse posse in contubernio carnificum ac tortorū cui nihil cōmune sit: cū doloribus: & ita aliud erit bene viuere: aliud beate viuere: ita boni esse poterunt: q beati non sint. Ne expostulent: incusent: expostulare est querelam apud eum ipsum deponere: qui fecit iniuriam: postulare aut ē quærelam dicere de altero apud alterum: vnde expostulatio dicitur cōquestio aduersus eū quē incusamus. Nulla virtus vacat prudētia. Socrates omnes virtutes putabat esse prudētias: in quo errabat: quod vero non absq prudentia recte dicebat auctor Aristoteles in sexto æthicorum: prudentis est bene consulere: prudentia circa humana versatur. & in his q̄ sunt homini vel bona vel mala. De. M. attilio. M. attilium regulum fatētur omnes fuisse fortissimum cōstantissimum in perferendis cruciatibus: quibus eū pene crudelissime affecerūt: inclusum quippe angusto armario clauis acutissimis prefixo: vt se in nullam eius partem inclinare posset: palpebris quoq insutis atq insomnia cruciatum necauerunt. Merito itaq laudant virtutem attilii tam magna infelicitate maiorem nec tamē beatum eum appellant: quia communicatio beatitudini ad tormenta nulla esse potest. In laudem attilii reguli ait Silius: non tam aduersa cauendo fugisse ægregium: q̄ perdomuisse ferendo. De attilii reguli patientia. Gellius. Augustinus. Cicero. Valerius. cæteri. Quinto Cepione: quintus cepio consul oppidum tolosanum diripuit: ingens auri pondus thesauroq opulentos ex templis abstulit: quod sacrilegium: causa excidii cepioni exercituiq eius postea fuit: quisquis enim ex ea direptione aurum attigit miserabili cruciabiliq exitu periit: cepio ipse multis aduersis casibus iactatus patria extorris sacrilegus turpiter interiit: filii quoq eius bona paterna obscene oblirientes inter scorta infami morte perierūt hæc ex Strabone. Gellio. Trogo. & ri magene: hinc prouerbium de hominibus calamitosis ortum diciq solitum est: ille habet aurum tholosanum: eadem sentētia est illius quoq veteris puerbii habet æquū seianum. M. aqlio. M. Aquilius asiatici belli reliquias confecit: mixtis veneno fontibus: infa-

Expostulare.
Postulare.
Expostulatio.
Prudentia.
Cruciatus attilii reguli.
Prouerbiū habet aurū tholosanū.
M. aqli⁹ re⁹.

ne expostulent/ & querantur se a beata vita esse relictas/ si enim nulla virtus prudentia vacat/ prudentia ipsa hoc videt/ non omnes bonos esse etiam beatos. Multaq de. M. Attilio. Q. u. Cepione. M. Aquilio recordantur/ beatamq vitam si imaginibus potius vti/ q̄ rebus ipsis placet. Conantem ire in eculeum retinet ipsa prudentia: negatq enim cum dolore & cruciatu quicquā esse commune. M. Facile patior te isto modo agere/ & si iniquum est prescribere mihi te quemadmodum a me disputari velis/ sed quæro vtrum aliquid actum superioribus A. diebꝰ dies/ an nihil arbitremur? A. actum vero & aliquan-

UVA. BHSC. IyR_246

mem fecit victoriam: hic consul: imperator ornatus a senatu: triumphalis factus est reus: quē cum Mar. Antonius orator defenderet: causa prope perorata ipsum arripuit. Constituitq; in conspectu omnium: tunicamq; M. Aquilii a pectore diloricauit: vt cicatrices: Populus Romanus iudicesq; aspicerent aduerso corpore acceptas: simul & de illo vulnere: quod ille in capite ab hostiū duce acceperat: multa dixit: eosq; adduxit iudices vt. Mar. Aquilium damnare vererentur: quē fortuna ex hostiū telis eripuisset. De Mar. aquilio historici omnes: & Cicero in verrinis: & in secundo de oratore. In eculeum: tormētig enus: vt antea diximus. Superioribus diebus: quatuor tusculanis quęstionibus. Profligata quæstio: absoluta pene ac effecta: pfligare dicūt idonei scriptores pdigere & deperdere profligataq; res quasi profligtas & pditas. In alio significatu profligata appellāt: quæ prope absoluta sunt: & in hac significatione accipitur hoc Ciceronianū: vbi annotandum est non satis circūspicieter. ab Aulo Gellio: plerosq; reprēdi veluti īproprie īsciteq; dicentes profligata esse edificia: & templa. & alia fere multa: quæ prope absoluta effectaq; sunt quę & in profligato esse dici solēt: nam in hoc plane loco profligata q̄stio significatur finita quasi ad exitum deducta. Contra Au. Gellii opinionem. Vnde nō satis recte reprēsus vir ille: ex aduocatorem turba videtur: qui quoram prętore dixit omnia vir clarissime negocia de quibus te cogniturum esse hodie dixisti diligentia & velocitate tua profligata sunt affectum quoq; dixerūt: qui latine locuti sūt: id quod profligatnm appellatur. In hac significatione: sicut. M. Tullius dixit in oratione de prouinciis consolaribus: bellum affectum videmus: & vere vt dicam pene cōfectum. Idem in oeconomico. Cū vero iam affecta ętate vuas a sole mitescere fas est. Motus turbulenti: perturbationes significat de quibus in quarta tusculana copiosius. Sępe adest: scilicet dolor. Semper impēdet: scilicet mors: quę vt saxum tantalo semper impendet supra capita mortalium. Populus sæpe contingit: Seruius non solum singularibus hominibus contingit: sed sępe totos populos subiugum mittit: vt qui liberi fuerant: in alie-

Tunicā diloricauit.

Profligate Profligatæ res.

Contra Au. Gellium. Io profligato.

Affectum bellum. Affecta ętas

tum quidem. M. Atqui si ita est, pfligata iam hæc pœne ad exitum adducta quęstio est. A. quo tandem modo. M. Quia motus turbulēti iactationesq; animorum incitatę & impetu inconsidera to elatæ rationem omnem repellentes vitæ beatę nullam partem relinquunt. quis enim potest mortem aut dolorem metuens: quorum alterum sępe adest: alterum semper impendet esse non miser? Quid si idem (quod plęrumq; fit:) paupertatem ignominiā infamiam timet: si debilitatem ęgritudinem/si deniq; quod non singulis hominibus sed potentibus populis sępe contingit seruitutem: potest ea timēs esse quisquam beatus est? Quid/qui non modo ea futura

UVA. BHSC. IyR_246

nam eadant seruitutem. Dum est autem & miserum discere seruire: vbi iis do ctus Dominari: nihil est vt inquit Mar. Tullius ī tertia philippica fœdius ser uitute: cum ad decus & libertatem nati simus. Idem ait omnem seruitutem esse miseram: illis vero miserimam: qui libertatis dulcedinem gustauerunt. Futura timet: timor proprie est de futuro malo: sicut ægritudo ad præsentia mala refertur. Orbitates filio rum amissiones. Papinius in endechasyllabo: orbitas om nis fugienda nisu. Egritudi ne elliditur tristitia suffocatur Iactaturq;. Quid elatus ille hæc ī quarta Tusculana vber rime explicata sunt. Ergo vt hi miseri: contrariorum con trariæ sunt consequentia: si mi seri sunt: qui timent: beatus est: quem nullus merus terret Si miseri qui egritudinibus: libidinibus: lætitiis: mani bus exagitantur: beatus ille: quem nullæ tales affectiones exedunt: extimulantq;. Vt maris tranquillitas: malatiā vocant: maris quietē: ac tran quillitatem quādo fluctus lā guent: neq; vlla aura commo uentur: consimiliter Malatia est in grauidis ille langor & mollicies dissoluti & cuncta fastidientis. Plinius in. xxiii Malicorium inquit experitur in grauidarū malatia & quo niam gustatu moueat infan tem. Apud Senecam est lucu lēta illa sentētia: ex libro. ix. epistolarum. In ocio incōcus so iacere non est trāquillitas malitia est dictio mēdosa est in codicibus impressis: nam pro malatia legitur malitia corrupto vocabulo elegantis simo & sensu: sensus est: statū animi beati talem intelligi qualis trāquillitas maris est: quando nec aura quidem mi nima fluctus commouet: ma ria. n. sua natura tranquilla

Nihil fœdi seruitute.

timet: verumetiam fert: sustinetq; præ sentia? adde eodem exilia/luctus/orbi tates qui rebus his fractus ægritudine elliditur. potest tandem esse non miser rimus? Quid vero illum quem libidini bus: inflammatum. & furentem vide mus omnia rabide appetētem cū inex plebili cupiditate quoq; affluentius vo luptates vndiq; hauriat/eo grauius ar dentiusq; sitientem nonne recte miser rimum dixeris. Quid elatus ille leuita te/inaniq; lætitia & exultans/& teme re gestiens: nonne tanto miserior quan to sibi videtur beatior? ergo vt hi mi seri sic contra illi beati/quos nulli mœ tus terrent/nullæ ægritudines exedunt nullæ libidines incitant/nulle futiles le ticiæ exultantes languidis liquefaciūt voluptatibus. Vt maris igitur tranquil litas intelligitur/nulla ne minima qui dem aura fluctus commouente/sic ani mi quietus & placatus status cernitur/ cum perturbatio nulla est qua moueri queat: quod si est qui vim fortunæ qui

Malatia. Correctus senecę locꝰ.

UVA. BHSC. IyR_246

Beatus qui.

Apathes.

Ethiopes.

Postulata mathematicorum

Geometria discenda.

sunt: ventorum autem vi agitari atq; turbari solent. Quod si est: sensus est eũ merito beatum: & esse & dici qui supra fortunam est collocatus: qui nullis p turbationibus est obnoxius: qui nihil timet: nihil concupiscit: nihil an gitur: qualem inuenire difficile: immo impossile est greci apathes vocant quasi dicas impassibiles & imperturbatos: de quibus Plinius hæc: exit hic animi tenor: aliquando in rigorem quẽdam toruitatemq; naturæ: duram & inflexibilem: affectusq; humanos admittit: qualis apathes græci vocant tales extiterũt Diogenes Cynicus. pythõ. heraclitus & thimon. Diodorus quoq; & agatarchides tradunt e: hiopes esse quosdam: apathes: hoc est absq; passione vllaviuentes: qui immobiles perstant: verbera & iniurias susq; deq; ferentes: qui sine affecto humano: filios & vxores defunctas vident: in quibus nullũ neq; iræ: neq; misericordiæ signum conuiscitur: a quibus omnia mala quieto animo sedatoq; perferuntur. Impoteti lætitia: immodica & gestiẽte. Mathematicorum iste mos est: postulata mathematicorum sunt hęc vt liceat ab omni signo: siue puncto ad omnem rectam lineam ducere & omnem finitam rectam lineã e regione educere: & omnimodo signo & interuallo circulum scribere. Item q̃ eidem ęqualia sunt inuicẽ sibi æqualia esse: & si paribus paria demas: reliqua esse paria. De quibus Euclides. Martianus. Censorinus: satis multa Geometrię. Plato libro septimo de legibus: præcipit geometriam liberis hominibus esse discendã: cuius inuentores ægypti fuerunt: vt docet Strabo. in. xvii. sicut arithmetica a phęnicibus inuẽta tra-

humana quæcunq; accidere possunt: tolerabilia ducat: ex quo nec timor eũ nec angor attingat: idemq; si nihil concupiscat/nulla afferatur animi inani voluptate. quid est cur is non beatus sit: & si hęc virtute efficiuntur. quid est cur virtus ipsa per se non efficit beatos. A. Atqui alterum/dici non potest/quin hi qui nihil metuant/nihil angantur/nihil concupiscant/nulla impotenti lætitia efferantur: beati non sint. Itaque id vbi concedo/alterum autem iam integrum non est. superioribus enim disputationibus effectum est vacare omni animi perturbatione sapientem. M. Nimirum igitur confecta res est. Videtur enim ad exitũ venisse quæstio. A. Propemodum id quidem. M. Verum tam mathematicorum iste mos est: non philosophorum. Nam geometre cum aliquid docere volunt: si qui ad eum rem pertinet eorum quæ ante docuernt/id sumunt pro concesso & probato. Illud modo explicant/de quo ante nihil scri

UVA. BHSC. IyR_246

ditur. Geometriam vtilē esse necessariamq; futuro oratori: docet Quintilianus. Geometres significatur mensor terræ. Geometriam inquit Ambrosius in examero. Audiuimus: thelassometram nunquam audiuimus: dicitur autē thelassometra maris mensor. Quomodo hoc consequēs: si stoici dicunt nihil esse bonū: nisi quod honestum: quo concesso: consectariū est beatam vitā nō Thelassometra.

posse sine honestate contingere: qđ argumentum retroactū parit ervalet: vt vita beata honesta sit: si quod honestū est: id bonum solum habendum est ita fit: vt quod bonum sit: Q; bonū honestum. id etiam honestum sit: & beate viuere sit honeste & cum virtute viuere. Separatim libri sunt: vt in aliis libri stractent de honesto. In aliis de summo bono: vt ita quæq; res suis argumentis explicetur. Virtutes satis posse. Clara quidē & animosa hęc vox ex palam profiteri virtutem ad beatæ viuendum satis esse sed speciosius hęc dici: q; verius persuaderi solent quoniam vt ante dixi. Virtus sine bonis corporis ac fortunæ manda quodammodo & mutila est: neq; ad plenum effectrix beatitatis. Tantisper interea: absolute ponitur: sicut apud Liuium: tamen id imperium ei advberem ętatē incolumen mansit: tantisper tutela muliebri: frequenter postulat hęc dictio: tantisper vt poculetur cū dum: vel quo ad: accipiturq; pro tamdiu sicut apud Terentiū. Gellium. Ciceronē. Plautum & cæteros qui pute loquuti sunt: qđ & supra annotauimus. Plautus in menechmis: mulier tā tisper blanditur dum quod rapiat videt. Xerxes quidem Xerxes bellator. Xerxes lingua græca significatur bellato: arctoxerxes magnus bellator. Xerxem Tantisper.

ptum est/philosophi quamcunq; rem habent in manibus: in eam: quæ conueniunt/congerunt omnia & si alio loco disputata sunt. Quod ni ita esset: cur stoicus si esset quæsitū satis ne ad beatæ viuendum virtus posset. multa dicere: cui satis esset respondere se ante docuisse nihil bonum esse/nisi quod honestum esset/hoc probato consequens esse/beatam vitam virtute esse contentam. Et quomodo hoc sit consequens illi/sic illud huic. Vt si beata vita virtute contenta sit/nisi honestum quod sit nihil aliud sit bonum. sed tamen non agunt sic. Nam & de honesto & de summo bono separatim libri sunt & cum ex eo efficiatur, satis magnam in virtute ad beatæ viuendum esse vim nihilominus hoc agunt separatim. Propriis enim & suis argumentis & admonitionibus tractanda quæq; res est tanta præsertim. Caue enim putes vllam in philosophia vocem emissam clariorem/vllumue esse philosophiæ

UVA. BHSC. IyR_246

Item Persarum regem quis ignorat potentissimum maximumq; extitisse. qui græciam copiis militaribus inundauit: qui per maria ambulauit: p̄ terras nauigauit: cuius introitus in græciam: sicut fuit metuēdus: ita exitus erubescendus: de quo Trogus. Plutarchus. Probus. Emilius. Herodotus plura. Intantum vt nihil sit notius: de Xerse in hanc sentētiam Valerius maximus libro. ix. dictorū factorūq; memorabilium. Age Xerxes opum regiarum ope eximia: eo vsq; luxuria gaudēs vt edicto ei premium ꝓponeret q nouum voluptatis genus reperisset: quāta dum delitii nimiis capitur: amplissimi imperii ruina euasit. Tiberius Cæsar: nouum officium instituit a voluptatibus: & eliogabalus ꝓponebat suis quasi themata: vt iura noua dapidus condiendis inuenirent: & cuius placuisset: ei dabat maximum premium. Non equitatu: tradunt scriptores: numerum copiarū terrestriū: quas in græciam duxit Xerxes fuisse cētum. lxx. myriades. i. decies septies cētena milia: myrias. n. numerus est continēs decā milia: trāsiuit eius exercitus p̄ septem dies totidēq; noctes: nullo tēpore intermisso. Angustias helleſponti. Cōstrato in nauibus ponte: fertur tunc qdam vir helleſpontinus dixisse o Iuppiter qdnā tu sub specie viri perse. Ex accepto Xerxis: p̄ Iouis nomie græciam vis exterminare: numerus equitum fuit octo myriadum. i. octoginta milium præter camelos: & currus: myriarchas habuit hoc est perfectos: q decē milibus præerāt. Naues quoq; decies cētū milia numero habuisse dicitur: vt non immerito ꝑditum sit fluminu ab exercitu eius desiccata defecisse. Alterum alteri promissum vberius vt maius. Nā quid profitetur odii boni profecturam se eū qui legibus suis paruisset. Vt esset contra fortunam semper armatus: vt omnia præsidia habere in se bōne beate viuendi: vt esset semper deniq; beatus. sed videro quid efficiat tantisper. hoc ipsum magni estimo quod pollicetur. Nam Xerxes quidem refertus omnibus p̄mijs doniſq; fortunæ non equitatu: non pedestribus copijs. non nauiū multitudine. non infinito pondere auri contentus: præmium proposuit: qui inuenisset nouam voluptatem: qua ip se inuenta non fuit contentus. Neq; enim nunquam finem inueniret libido. Nos p̄mio elicere possemus qui nobis aliquid attulisset quo hoc firmius crederemus. A. Vellem id quidem: sed habeo paululum quod requiram. Ego enim assentior eorum quæ posuisti alterum alteri consequens esse: vt quemadmodum sit quod honestum sit: id solū sit bonum sequatur beatam vitam vir.

Xerxes p̄miū dabat inuenit voluptatum

A voluptatibus Eliogabalꝰ

Copię xerxis.

Myrias qd.

Dictū helleſpontii.

Myriarchæ

Numerus nauium.

UVA. BHSC. IyR_246

consequens: est quoddam argumentū: ita consequens vt reciprocum: sit: & retrorsum idem valeat sicut exempli causa: si hō viuit spirat: si spirat viuit quędam vero econtrario nō recurrunt: sicut si peperit mulier cū viro cōcubuit cōtra si non viro cōcubuit: non cōsequens est cā peperisse: potest enim & coisse cum viro nec tamen peperisse: hoc autem Ciceronis argumētum videtur idē valere retrorsum: & ex vtraq; parte esse consectarium vt qđ honestum si id bonū esse: qđ bonum id honestum: & beata vita ac virtus se vicissatim cōsequantur: vt vita beata sine virtute: virtus sine vita beata esse non possit: greco vocabulo talis argumētatio dicitur logotropos: vt si viuit plato: si spirat viuit. Auctore aristone & antiocho: brutus philosophos omnes grecos ferme attigit: nec vllius ipōrum disciplinę: vel expers vel ignarus fuit: platonicos tamen enixe coluit: veterem academiā sectatus. Antiochum ascalonitam ingēti admiratiōe obseruauit: eiusq; fratrem nomie aristonem p̄stanti virtute virum amicitia cōtubernalitateq; sibi deuinxit. M. Tullius in bruto & in hortensio testatur se operam dedisse Antiocho quem veteris academiæ nobilissimum & prudentissimum philosophū fuisse dicit. Aristonem quoq; anthiochi fratrē adhibuisse se testatur: & ita symmathitæ: idest condiscipuli fuerunt. Mar. Tullius & brutus. Antiochus autem & aristo fratres: vtpote Platonicę sectę: sectatores: non solam virtutem: in bonis numerabant: sed præter virtutem bona corporis & fortunæ asserebant: tanq; ex hic omnibus vita beata pficeretur: solitus erat antiochus dissere contra academicos recētiores qui contra suum doctorem philonem etiam librū edidit: libro quarto de finibus tradit aristonem negaturum sibi videri bona vacuitatem doloris diuitias valitudinē: qui mihi videtur fuisse alius ab hoc Aristone longe antiquior: cuius dogma vbiq; librorū insectatur & oppugnat. Cum athenis imperator. M. Tul. in ciliciam procōsul missus: rebus bene gestis victoria iusta hostibus profligatis apud Issum imperator appellatus est: quo in loco Darius ab alexandro fuerat superatus. mox e prouincia decedēs rhodum prius deinde athenas amore & desiderio antiquorum conseruatiōnum: quas adolescēs: studiorum causa in his locis habuerat. Auidissime reuisit: exceptus summo honore: cum a primoribus tam a philosophis & disciplinarum magistris: qui pro ingenii & doctrinæ fama vndiq; ad Ciceronem concurrebent. Si essent vlla corporis mala academici morbos corporis: do-

Reciprocū argumentū

Logotrophos.

Antiochus magister ciceronis & bruti.

Symmathitæ.

Cōdiscipuli Aristo.

tute confici: sic vita beata in virtute sit nihil esse nisi virtutē bonū: sed Brutus tuus auctore & Aristone & Antiocho nō sentit hoc putat. n. etiam vt sit bonū aliquod pręter virtutem. M. Quid igit contra Brutum ne me ducturum putas A. Tu vero vt videtur. Nam pręfinire non est meum. M. Quod cui igitur consentaneum sit alio loco. Nam ista mihi & cum Antiocho sępe: & cum aristone nuper cum athenis imperator apud eū diuersarer: dissentio fuit Mihi enim nō videbatur quisquam esse beatus: posse.

UVA. BHSC. IyR_246

Mala Incōmoda. Dischreſtemata. Reiectanea

lorem: egeſtatem: infortunia & cætera id genus quę contra naturam ſunt appellant mala: ſicut re vera ſunt. Et vulgo nominitantur ſtoici vero incommoda dicere malunt: quæ græco vocabulo appellant diſchreſtemata: ſiue reiecta nea: quę græcę dicuntur apoproegmena: hæc autem mala corporis & fortunæ: cadere in ſapientem poſſe nemo non nouit: ex quo colligitur ſapientem in malis eſſe poſſe: quod Cicero ni in præſentia perinde ac ſtoico ſtoicæq; ſectæ ppugnatori non probatur: vult enim in ſapientem malū cadere nō poſſe: cum autem dolere egrotate in egeſtate eſſe poſſit ſapiens: hæc mala appellanda eſſe non cenſet: ſed potius incommoda ſiue reiectanea ex ſtoicorum ſententia: qui cum academicis verbis conſentiūt re diſſident. Neq; tamē beatiſſimam: ſtoici inter quos Seneca eſt academicos reprendūt: qui aiunt beatum quidē futurum hominē vel ſola virtute: non futurum autem beatiſſimum: tanq; inter poſitiū & ſuperlatiuū ſicut re vera eſt ſit diſcriminatio diſtentiaq; non parua: ſed ſtoicis eadem videtur vita beata & beatiſſima qui gradus tollūt: q aiūt nihil eſſe rectius recto: nihil verius vero: nihil temperatius temperato quorum argumenta hæc ſunt beata vita bonum perfectum in ſe habet: & inſuperabile: quod ſi eſt perfecte beata eſt pręterea ſi vita beata nullius eſt indigens: omnis vita beata perfecta eſt eademq; eſt & beata & beatiſſima: quinetiam ſi beata vita ſummum bonum habet ſumme beata eſt ſummū autem bonū adiectionem non recipit: quid. n. ſupra ſummum erit. Ita nec beata vita ſine ſummo eſt: quę nec minor fit nec maior ipſa. Decreſcere enim ſummū bonum nō poteſt ſicut nec increſcere: beata vita ſumme perfecta eſt: nec habet quo procedat: quid enī accedere perfecto poteſt: profecto nihil: aut non erat perfectum cui acceſſit: ſed hæc ſtoicorum ſpineta: non tam vera quem glorioſa: peripatetici academicorumq; doctrina ſuccidit: quæ ad ſenſum cōmunem propius accedit: & beatam vitā: & beatiorem & beatiſſimam gradatim eſſe decernit. Secundū ſtoicos. q. metellus macedonicus ille inter rara humana felicitatis exēpla numeratus: qui tres filios conſules vidit: e quibus vnum etiam cenſorem & triumphantem: quartum autem prætorem eoſq; ſaluos reliquit: & tris filias nuptes: cum ipſe conſul: cenſor augur fuiſſet triumphaſſet: nihilo beatior erit q regulus: qui in poteſtate hoſtium cruciatus: vigiliis. Inedia necatus eſt: neminem enim pu-

Incōmoda. Diſchreſtemata. Reiectanea

cum in malis eſſe. In malis autem ſapiētem eſſe poſſe ſi eſſent vlla corporis aut fortunę mala. Dicebantur hæc quę ſcripſit etiam Antiochus locis pluribus virtutem ipſam per ſe beatam vitam efficere poſſe neq; tamen beatiſſimam. Deinde ex maiore parte pleraſq; res nominari etiā ſi qua pars ębeſſet: vt vires: vt valitudinem: vt diuitias: vt honorē: vt gloriam: quę genere nō numero cernerētur. Item beatam vitam etiam ſi ex aliqua parte claudicaret: tamen ex multo maiore parte optinere nomē ſuum. Hæc nunc enucleare nō ita neceſſe eſt:

An beata & beatiſſima vita ſit eadē

Nihil recti? recto.

Beata vita ſumma perfecta.

Profecto nihil accedere poteſt.

Metellus Beatus

UVA. BHSC. IyR_246

tani esse beato beatiorem. Etiam si qua pars abesset: finis bonorum cōstituitur si quis haberet ea: quæ secūdum naturam sint: vel omnia: vel plura & maxima: quæ τα κατα φυσιν prima naturę nominantur. Varro primigenia appellat: de quibus mox plura. Non numero: numerus enim talium rerū ferme infinitus est: quæ inter bona corporis & externa percensentur. Claudicaret: vita beata ī hoc differt a beatissima: q̄ in altera cōsumata & summe perfecta sunt omnia: vt nō sit incremēto locus. In altera multa quidem suppetūt: sed nō omnia: vt ita ex aliqua parte vita beata claudicare possit. & tamen nomen suum retineat: cum in beatissima sit cumulus rerum omnium citra vllam caudicationem detractionemue. Enucleare: enodate explicate. Vt sit beatior: nunc vt stoicus: dixerit: ī libris vero de finibus vt peripateticus: fētit esse beatiorem beato: nunc beatū intelligit: cui nihil defit cuiq̄ nihil accedere pōt & ita nullus incremēto locus relinquitur. Ex maiore parte: vt beatus scilicet dicatur q̄ magnā partē eorum bonorum possidet: quibus confit fęlicitas: sicut orator: & philosophus dicūtur: qui ex maiori parte instructi sunt oratoria philosophicaq̄ suppellectile: etiam si non omnia ad plenum suggerantur. Tria genera malorū: si tria sunt genera bonorū: totidem malorū genera esse necessum est. A deo nullum contrarium sine cōtrario altero esse placuit: sunt igitur mala animi: vt impietia: & vitiū: sunt mala corporis: vt morbus & dolor. Sunt mala fortunę: vt egestas & exiliū. Argumētatio autē Ciceronis talis est. Si beata vita constituitur ex maiori parte bonorum. Ita misera vita fiet ex maiori parte malorum. Ergo sapiens affectus malis fortunę: & corporis beatus esse non poterit: quia a maiori parte vnaquęq̄ res nominatur: plura autem sunt mala corporis & fortunæ q̄ animi bona. Ergo sapiens ita affectus miser esse dicetur: dicere autem sapientē esse miserū q̄is oppressus sit fortunę: & corporis incōmodis est sub absurdū: cum sapiēs secundū stoicos ī tauro phalaridis clusus a beatitate nō destituatur: neq̄ vllo numq̄ tempore ī miseria esse possit. Illis enim solū quod

Prima naturę. Beata Beatissima.

Nullū contrariū sine cōtrario.

Triplicia mala.

quā quam non constantissime dici mihi videntur. Nam & qui beatus est/nō intelligo quid requirat: vt sit beatior: si est enim quidem quod desit ne beatus quidem est. Etq̄ ex maiori parte vnā quamq̄ partem appellari spectariq̄ dicunt: est vbi id isto modo valeat. Cum vero tria genera malorum esse dicant: qui duorum generum malis omnibus vrgeatur: vt omnia aduersa sint in fortuna/ omnibus oppressū corpus & confectum doloribus/ huic paululum ne ad beatam vitā deesse dicemus nō modo ad beatissimam/ Hoc illud est/ qđ Theophrastus sustinere nō potuit. Nā cum statuisset verbera/ tormenta/ cruciatus patriæ euersiones/ exilia orbitates magnā vim habere ad male misereq̄ viuēdum/ nō est ausus elate & ample loqui

turpe est malum: quod honestum bonum videri solet. Sapiens vero semper honestum amplexatur: seiunctus a turpitudine: ideoq; si premitur. Egestate dolor ibus: orbitate: exilio: & aliis id genus: incommodis: non tamen erit miser. hæc. n. illi non mala esse dicunt: sed incommoda: & reiectanea. Elate & ample loquit theophrastus qui ex diuinitate loquendi nomen inuenit: nō est ausus magnifice loq: nec elato animo fidenter asserere sapientē fore beatum in malis fortunæ: ac corporis constitutum: quod stoici alacriter affirmant. Sētiebat enim theophrastus: inter tormēta & cruciatus: & egestates: & exilia nō esse locum vitæ beatæ: etiam si talis esset sapientissimus. Concesso. n. qā tormenta: exilia orbitates: & cætera hoc genus: magnā vim habent ad misereviuendum: consequens est: vt qui in his malis fuerit misere viuat: potest autem sapiens talia perpeti. Ergo sapiens miser esse poterit: quidam cum prima concesserint. Consequētia reprendunt: quod Ciceroni nō placet: cōcessis enim primis consequentia quoq; concedēda videntur ex formula dialecticorum: nā syllogismus est oratio in qua concessis qbusdam aliud quiddam p ea: quę concessa sunt necessario conficitur. Vexatur: vellicatur: taxatur: arguitur. De significatu huius verbi lege Macrobium & Gellium.

Sapiēs nūq; in miseria.

Syllogism⁹.

cum humiliter demisseq; sentiret. Quā bene non queritur/constanter quidem certe. Itaq; mihi placere non solet consequentia repræhendere / cum prima concesseris. Hic autem elegantissimus omnium philosophorum & eruditissimus: non magnopere repræhenditur cum dicitur tria genera bonorum. Vexatur autem ab omnibus. Primum in eo libro quem scripsit de vita beata/in quo multa disputat. Quamobrem is q torqueatur. qui crucietur. beatus esse non possit. In eo etiam putatur dicere in rotam beatam vitam non ascendere Nusquam id quidem dicit omino: sed quæ dicit idem valent. Possum igitur

In rotam: genus est Diri formenti: quo ac tempestate germani aliiq; transmontani in atrocibus sceleribus puniendis prope peculiariter vtuntur. libet in hoc gloriari iliacis nationibus: nulli mitiores placuisse pœnas. De hoc genere supplicii intelligitur apud poetam sic scribentem. Radiisq; rotarum districti pendent. Dixit Theophrastus & merito dixit: quamuis stoici reclament. In Rotæ tormenta non ascendere vitam beatam: quid enim quæso beati esse potest in contubernio cruciatuum: ac supplicior um: quę cōmunicatio beatæ vitæ cum tortoribus radiisq; rotarum quibus sapientissimus: fortissimus: pacientissimus: quisq; succumberet: quibus stoici illi magnidici & verborum tenus apathes. succubuissent dixissentq;. Aliud esse in schola iactanter loqui. Aliud in rota cruciabiliter torqueri. De qua sic scribit Seneca in. x. epistolarum moralium: caput vsq; eo dimisit: donec radiis inse-

Supplicii rotæ.

Stoici magnidici.

UVA. BHSC. IyR_246

reret: & tãdiu se in Sedili suo tenuit, donec cer uicem circumactu rotæ frange ret: hæc tamen Senecę verba de rota vehiculi intelliguntur: non de illa rota: quæ pro tormenti genere tantum parata est: cuius Apuleius quoq; comme minit: in asino aureo. Idem valent: sensus est: theophrastus nusq̃ in libris suis nominatim dicit: in rotam non ascendere vitam beatam: sed consimi lia eloquitur. Idem pollentia

cui concesserim in malis corporis esse dolores/si malis fortunę naufragia huic succensere dicenti non omnes bonos esse beatos. Cum in omnes bonos ea quæ ille in malis numerat/cadere pos sint. Vexatur idem Theophrastus/& li bris/& scholis omnium philosophorũ q̃ in Calisthene suo laudarit illam sen tentiam, vitam regi fortuna/non sapiẽ tia. Negant ab vllo philosopho quicq̃ dictum esse languidius. Recte id qui dem: sed nihil intelligo dici potuisse cõ stantius. si.n. tot sunt in corpore bona/ tot extra corpus in casu atq; fortuna/ nonne consentaneum est plus fortunã quæ domina rerum sit & externarũ &

In hac enim sententia est: vt qui cruciatur: qui torquetur beatus esse non possit. Huic succensere dicenti: interroga tiue pronunciãdum. est enim sensus: si concedo thophra sto: quæ primo loco ponit vi delicet mala esse corporis & fortunæ incommoda. Debeo illi & consequentia concede re nec merito possum succen sere dum dicit nõ omnes bo nos esse beatos: cum in quẽli bet bonum ac sapientem ca dere possint dolores corpo ris & naufragia fortunę: quæ a Theophrasto in malis nu merantur. Succensere aut est irasci iusta de causa: auctor do natus. Catholica est illa apud filium fabiana sententia succensere nefas patriæ. In ca listhene: nomen est libri con diti a Theophrasto: de interi tu calisthenis sodalis sui acer bissimo: super quo in tertio commentario satis multa. Vi tam regit fortuna: in libro de felicitate docuimus: quemad modum antiqui fortunam existimarunt deam esse prępotentem moderatri cemq; rerum humanarum: quæ toto modo omnibus locis omnibusq; ho ris: oĩm vocibus sola inuocatur: & vna noĩatur: sola laudatur: sola arguitur: & cũ conuitiis colitur: volubilis & cęca existimata. Vaga inconstãs: indigno rũq; fautrix: huic oĩa expensa: huic oĩa ferũtur accepta. & in tota ratiõe mor talĩũ sola vtrãq; paginã facit. Nã vt inqt verissime Ouidius. Nępe dat & qđ cũq; libet fortuna rapitq; fortunæ simulachrũ vt alibi quoq; annotauimus. Cum copia & gubernaculo figurabant: tanq̃ & hęc opes tribuat: & humana rum rerum regimen obtineat: prospicienter ergo & scite dixit thophrastus, Vitam regi fortuna magis q̃ sapientia: quam poeta omnipotentem appel lat: cui tanq̃ deæ templa erexerunt. In cęlo quoq; locum assignantes: quintus enim ab horroscopoco locus appellatur bona fortuna: quæ græco vocabulo

Succẽsere.

Fortuna to to mũdo in uocatur.

Fortunæ si mulachrũ.

UVA. BHSC. IyR_246

Agathothyche. Catotyche. agathothyche nominatur q aſpectus potentiſſimus eſt. Cum de trigono ab horroſcopo videatur. Sextus vero locus mala fortuna dictus: hoc eſt catotyche: q nulla. cum horroſcopo ſocietate coniungitur. Vexent itaq philoſophi: carpant caſtigent put liber hanc theophraſti ſentētiam tanq̄ mollē ac eneruatam: nec tanto viro dignam: cum conſtet fortunā plus pollere q̄ prudentiā q̄ conſilia ſexcentorū hominū: de qua eſt petronii arbitri ille verſus: dign⁹ memoratu. Rerum humanarum diuinarūq̄ poteſtas quę noua ſemper amas: & mox poſſeſſa relinquis. Recte id qdē: ſcilicet dicunt philoſophi: nec gantes quicq̄ dici poſſe languidius. Si enim tot ſunt: per conditionalem enunciationē oſtendit plus valere fortunā q̄ ſapientiam. Si modo inqt concedimus eſſe bona corporis atq̄ externa: tot iuga: put ſentit theophraſtus. Quam ſibi conſtanter: de inconſtantia epicuri dictum eſt. In ſecūda Tuſculana: q ſibi interdū diſſidet ac repugnat. Laudat tenuē victum: epicurus in epiſtolis aqua & cibario pane ſe contentum eſſe teſtatur: & ad amicum ſcribens: mitte inqt mihi paulum caſei: vt cū epulari lautius voluero poſſim. Certos inquit Seneca habebat dies ille magiſter voluptatis epicurus: quibus maligne famem extingueret: viſurus an aliqd deeſſet ex plena & conſummata voluptate: & quantum deeſſet. Idem dicebat auctore laertio ſimplices ſapores æquā magnifico luxui ferre voluptatē: & ſimplicē victū ac tenuē conferre ad bonā valitudinē hominēq̄ ad vitæ vſus neceſſarios efficere impigrū ac ſtrenuū: libros ſuos Epicurus vt inquit Hieronymus. Referſit oleribus & pomis: hoc quidam ſentire & tradere eſt philoſophi: ſed philoſophi grauis nō voluptarii videtur. n. talis ſentētia parum conuenire illi q ſummum bonū collocat in voluptate: qā ſi talia detenui victu dicerentur a Socrate ſiue ab antiſthene plauſibiliter acciperentur: illi. n. fuere philoſophi grauioris auſterioriſq̄ diſciplinæ. Socrate nihil noti⁹ Antiſthenes vero fuit cynicæ ſectæ: conditor vel illuſtrator: cuius geſtamina fuerunt: pallium: pera: & baculus: cognominatus haplocyon: hoc eſt ſimplex canis voluptatem ſummum malum eſſe dixit: eius nāq̄ hoc verbum eſt

Verſus petronii arbitri. ad corpus pertinentium quam conſiliū valere. An malumus Epicurum imitari: qui multa præclare ſæpe dixit quam enim ſibi conſtanter: conuenienterq̄ dicat non laborat? Laudat tenuem victum philoſophi id quidem: ſed ſi Socrates Antiſthenes diceret: non is qui finem bonorum voluptatem eſſe dixerit negat quēquam iucunde poſſe viuere: niſi idem honeſte ſapiēter iuſteq̄ viuat? Nihil grauius nil philoſophia dignius niſi idem hoc ipſum honeſte ſapienter iuſte ad voluptatem referret. Quid melius quam fortunam exiguū interuenire ſapienti? ſed hoc is ne dicit: qui cum dolorem non modo maxi-

Tenuis victus epicuri

Victus ſim plex ſaluberrimus.

Antiſthenes ſectę cynicę conditor. Haplocyon

UVA. BHSC. IyR_246

μαηειηη μαλλον ησθειηη. id est insanirē potiusq̄ oblectaret. Negat. s. epicurus. Iucūde posse viuere: ex primo de finibus verba subscripsi: quæ sunt hæc. Clamat epicurus: is quē nimis voluptatibus esse deditum dicitis: non posse iucunde viui nisi sapienter honeste iuste viuatur: nec sapienter honeste iuste nisi iucunde. Auctor est Laertius Epicurum dixisse virtutem esse a voluptate inseparabilem: & iucundam vitā: a virtutibus separari nō posse. Quid melius q̄ fortunam: pergit referre sentētias epicuri laudabiles & summis philosophis dignas: a qbus ipsemet dissidere videbatur: sententia enim est hæc epicuri memoratissima. Raro fortunam interuenit sapiēti: vel sic. exigua fortuna interuenit sapienti: talis autem sapientia cum sit robusta planeq; virilis non videtur congruere philosopho: illi qui dixit dolorem esse maximum malū. Nam si verum est dolorē esse maximum malū: poterit non exigua: sed maxima fortuna casusq; interuenire sapienti: qui doloribus acerrimis non minus opprimi potest: q̄ quilibet insipiens. De epicuro in secunda Tusculana copiosius vbi conniuentes præteriuimus illud: sed homo cautus nunq̄ terminat modum: non catus legendum est: sed cautus: hoc acutus: & sapiēs quē locum grammatici pro testimonio aduocāt docētes catū dici ꝑ sapiēte. Metrodorus: hic fuit discipulus Epicuri: qui mox se ad carneadē contulit. Amauit meretricem nomine Leontium: ad quam Epicurus scriptitauit: quæ tam erudita fuit vt ausa sit scribere contra Theophrastum scito sermone & Attico: ad hanc referendum est illud Plinianum ex prohemio. Cernimus aduersus Theophrastum scripsisse etiam fęminam Metrodorus ab Epicuro sapiens appellatus: putabat: vt ante dictum est: eum perfecte beatum cui corpus bene constitutum esset: & exploratū ita semper fore: quis autē est iste cui exploratū hoc possit esse: cū momēto semihoræ: possit vel robustissimus ęgrotatiōe subneruari: magnifica est plane & aīosa metrodori illa vox qua ait se īterclusisse aditus oēs fortunę: ne ad eū possit aspirare neq; ī ip̄m lōgas

mum malum sed solum malum etiam dixerit: toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis / tum cum maxime cōtra fortunam glorietur. Quod idē melioribus etiā verbis. Metrodorus. Occupaui inquit te fortuna atq; cœpi / omnesq; aditus tuos interclusi / vt ad me aspirare non posses: p̄clare si id Aristo Chius aut si stoicus Zeno diceret: qui nisi qd̄ turpe esset nihil malū duceret. Tu vero Metrodore: qui oē bonū inuisceribus meduliq; condideris & diffiniens summū bonū firma corporis affectione: exploratacq; spe cōtineri: fortunę additus īterclusisti. Quomodo isto n. bono iam expoliari potes. Atqui his

Sententia epicuri

Hō catus. Epicurus.

Metrodor Leontium. męretrix cōtra theophrastum.

Magnifica vox metrodori.

UVA. BHSC. IyR_246

manus habere: ſed cum ſit metrodorus philoſophus: voluptarius ac mollis omne bonum in viſceribus collocatus: non videtur ei conuenire tam virilis tamq; excelſa ſententia: quæ ſi aut ab Ariſtone aut ab zenone diceretur præclare dici videretur: cum fuerint illi lõge: auſteriores grauioreſq; philoſophi grauí enim: grauis voluptario voluptaria eſt accommodata ſententia. Aſpice re accedere. Virgi. Nec æquis

Aſpirat achillis: alias fauere: vt Virg. Aſpirat primo fortu na labori. Ariſton chius: huius ariſtonis chii meminit in libro quoq; de ſenectute: neſcio an hic ſit ille Ariſto cuius exploſa ſententia eſt dicẽtis nihil differre. Aliud ab alio: nec eſſe res vllas præter virtutes & vitia iter quas: quicquã omnino intereſſet: hunc in libris de finibus identidem taxat. zenone vero cõcitore ſtoicę ſectę: nihil celebratius: qui nihil bonum niſi honeſtũ: nihil malum niſi turpe eſſe cenſet: cuius paradoxa illudit M. Tul. in oratione p murena: & in quarto de finibus refellit: in tuſculanis vero quæſtionibus totus eſt ſtoicus & ſtoici dogmatis ppugnator Sũt ergo veluti loci cõmunes: dicere pro ſtoicis & cõtra ſtoicos.

Pro ſtoicis & cõtra ſtoicos.

Qui cuiq; dicendum: philoſopho voluptario nõ eſt dicẽdum ſe eſſe ſupra fortunã collocatum: nec enim talem virum talis decet ſententia: ſicut ſtoico: & cynico nõ conuenit dicere voluptatem eſſe ſummum bonum: & omnia voluptatis cauſa facienda: talis enim ſententia decet epicureos & aſotos: de Ariſtippi ſchola: igitur qui acutus diſputator eſt ſpectat non tam quid quiſq; dicat: q̃ qd cuiq; dicendum ſit: videt non tam quid dicat Metrodorus ſed quid dicere debeat.

Fimbrię factũ ſapiẽs.

Quid dicam bonos fimbriæ conſularis viri factum illud oppido q̃ ſapiens: qui iudex exiſtẽs. M. Lutatio: cum is ſponſionem feciſſet q̃ vir bonus eſſet: noluit eam rem iudicare: ne aut ſpoliaret fama pbatum hominem ſi cõtra iudicauiſſet: aut ſtatuiſſe videtur virum bonum aliquẽ eſſe cũ ea res innumerabilibus officiis & laudibus contineretur. Ex Valerio maximo & M. Tullio.

Bonus conſtat ex multis.

Eum dicimus virũ bonum: qui pſit: quibus poſſit: noceat nemini. Et vt hoc in loco explicat. M. Tullius: dicimus viros bonos: omnibus virtutibus ornatos: quales pauciſſimi vix reperiuntur: nam vt inquit ille: Rari quippe boni

Rari boni.

numero vix totidem quod thebarum portę vel diuitis hoſtia nili. Seneca aít

capiuntur imperiti: & propter huiuſmodi ſentẽtias iſtorum hominum eſt multitudo. Acute aũt diſputantis illud eſt. Nũquid quiſq; dicat: ſed quid cuiq; dicendum ſit videre. Velut ea ipſa ſententia: quam in hac diſputatione ſuſcepimus. Omnis bonos ſemper beatos volumus eſſe: quos dicam bonos perſpicuum eſt. Omnibus enim virtutibus inſtructos & ornatos: tum viros bonos dicimus Videamus q̃ dicendi ſunt beati. Equidem hos exiſtimo: qui ſint in bonis nullo adiuncto malo/ nec vlla alia huicverbo/cum beatum dicimus ſubiecta notio eſt/niſi ſecretis malis omnibus

UVA. BHSC. IyR_246

Iouem non plus posse q̄ virum bonum. Tanta est vis bonitatis. Subiecta notio: intelligentia & sensus De notione supra dictū est. Secretis: seiunctis: sequestratis: demotis. Cumulata complexio: Boetius in tertio de cōsolatione: beatitudinem ait esse statū bonorū omniū congregatione p̄fectum. Augusti. quoq; in quinto de ciuitate dei fęlicitatem dicit esse plenitudinē omnium rerum optādarum: quibus qui fruuntur beati merito dicuntur. Si quicq̄ boni: tanq̄ stoicus ducit solam virtutē in bonis: nec in malis ponit fortunę naufragia & corporis dolores: vult enim solam virtutem esse effectricē vitę beatę: etiāsi absint cōmoda fortunæ & corporis: & adsint incōmoda: quæ stoici volunt mala appellare: cum sapiēs in his esse possit sedvt sępe diximus speciosę magnificęq; ista dicuntur: cum autem ventū ad verū est sensus morescq; repugnāt. Casus importat: Aristoteles ī physicis. Quotiens inqt aliquid cuiuspiam rei gratia geritur aliudq; quibusdā decausis: q̄ quod intendebatur obtingit: casus vocatur: licet casum diffinire vt docet Boetiꝰ in quinto de cōsolatione inopinatum esse euētum. Statius sentētialiter ait: oīa casum fecimus: & vires auxit fortuna nocēdi sensus est. Si mala sūt quæ ex casu fortunaq; proueniunt: sapiens beatus esse nō poterit. Cum ī illum possit casus incurrere: possitq; subiectus esse omībus fortunę fulminibus. Cōmunibus magistris: vt antiocho: aristoni & aliis qui fuerunt communes doctores. M. Bruti: & Ciceroīs. Speusippo: hic ex sorore Platonis genitus. Scholæ platonicę octo annos magister fuit: speusippo successit in academia Xenocrates philosophorum seueriſſimus: qui cum esset ingenio hebeti & tardo: dixit Plato illum ęgere calcaribus: hunc dixit meretrix phryne non virū esse: sed statuam: cum nullis blandimentis hominem illicere potuisset ad concubitū Xenocrati: successit polemon: qui cū esset adolescens impudicus per-

Beatitudo quid.

Magnidici stoici.

Casus qd.

Speusippus

Xenocrates

Polemon.

cumulata bonorum cōplexio: hāc asse-
qui virtus: si quicq̄ p̄ter ipsam boni est
nō potest. Aderit enim malorū si mala
illa dicimus turba quædam paupertas:
ignobilitas/humilitas/solitudo/amissio
suorum graues dolores corporis: p̄dita
valitudo/debilitas/ cęcitas interitus pa
trię: exilium seruitus. Deniq; in his tot
& tantis: atq; etiā plura possunt accide-
re potest esse sapiēs: nam hęc casus im
portat qui in sapientē potest incurrere.
At si ea mala sunt quis potest p̄stare
sapientē semper beatum fore cū vel in
omnibus hisvno tēpore esse possit. Nō
igitur facile concedo neq; Bruto meo:
† neq; cōmunibus magistris: neq; veteri-
bus illis Aristoteli. Speusippo. Xenocra
ti/ Polemoni/ vt ea quæ supra enume-
raui in malis numerent: ijdē dicāt sem-
per beatū esse sapientem. Quos si titu

UVA. BHSC. IyR_246

ditęq; luxuriæ auditoXenocrate: ad frugalitatem modestiamq; cōuersus: ex infami ganeone maximus philosophus euasit. De quo Oratius: quęro facias ne quod olī mutatus palemon ponas īsignia morbi: hi tres successores Platonis academiam nouis opinionibus repleuerūt. Ita sincera illa Platonis doctrina vna cū eo extincta est. His contraria: imbecillitatē: ęgrotationem: deformitatē: paupertatē: ignominiā: & cętera hoc genus: q̄ a nobis mala nominantur: q̄ vult Cicero p nihilo duci: sicut & illa q̄ nos bona appellamus dicit esse contenenda: vt sapiēs semper beatus esse posīt: & sola virtus sit effectrix beatitatis. Nec multitudinis opiniōe: opinio multitudinis est sine bonis fortunę & corporis non posse effici hominem beatum eadem opinatur maxima malorū esse ęgestatem dolorē: & cętera infortunia: quibus obrutus sapiens fiat miser: philosophi præcipiūt ad opinionē turbæ non esse viuendū neq; multitudini credendū: q̄ incōsulta: temeraria: turbulenta: plęrumq; est: sine rōne: sine modestia: hinc versus ille notissimus. Scindi tur incertum studia in contraria vulgus. Omnia in sese: cōuenit huic sententię illud p̄ia num nec te quæsīueris extra: & illud: oēs opes i meipso sitę sunt. Et hæc loqui: sensus est: non possumus magna loqui dicentes sapientē esse beatum: & numerare in bonis & malis q̄ vulgus enumerat nā si talia sunt in bonis malisve ducēda sapiēs beatus esse nō poterit: vel cū bona defuerit: vel cū mala affuerint. Si diis placet cū indignatione & cōtēptu hoc dici solet. Quā hoc suaue est: in supioribus reprēsus est Epicurus tanq̄ incōstans & ridiculus: qui cēset sapientē si includatur tauro phalaridis dicturū: q̄ hoc suaue est: qd aliud diceret si esset in lectulo. hoc autē ridiculum est decerni ab illo ipo philosopho: qui voluptarius est: qui dolorem non solū

Opinio multitudinis.

Si diis placet.

lus hic delectat insignis & pulcher. Pythagora Socrate & Platōe dignissimus inducant animum illa quorū splēdore capiuntur: vires valitudinē pulchritudinem: diuitias honores opes contenere: ea q̄ his contraria sunt pro nihilo ducere. Tum poterunt clarissima voce profiteri se neq; fortunę impetu: nec multitudinis opiniōe: nec dolore: neq; paupertate terreri: omnia quę sibi i sese esse posita: neq; esse quicq̄ extra suā potestatē quod ducant in bonis. Neq; hūc & hęc loqui quę sunt magni cuiusdā & alti viri: & eadem quę vulgus in malis & bonis numerare: cōcedi vllo modo potest. Qua gloria cōmotus Epicurus exorīt: cui etiam si diis placet videt semper sapiens beatus, Hic dignitate huius sentētię capitur: sed nunq̄ id diceret si ipse se audiret: quid est enim qd minus conueniat quam vt his qui vel summū vel solum malum dolorem esse dicat: idem

UVA. BHSC. IyR_246

malum: dicit: sed malorū oīm extremū: ex quo colligimus: repugnantia dici ab Epicuro: & aliena ab eius dogmate delicato. Ideoq; spectare nō debemus quid semel dicāt philosophi sed q̄ cōstāter: & penniter seruēt ꝓpositū. Nihil ꝑter verborū nouitatē. Quarto de finibus bonorū & malorū volumine dīsserit. M. Tul. cōtra Catonē vticēsem: qui i tertio de finib⁹ disputator inductus censeat/ quā hoc suaue est tum cū dolore crucietur/ dictū esse sapientem/ Non igit ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt/ sed ex perpetuitate atq; cōstantia. A. Adducis me vt tibi assentiar sed tua quoq; vide ne desidereť cōstantia. M. Quonā modo? A. quia legi tuū nuper quartū de finibus i eo mihi videbare contra Catonē disserens hoc velle ostendere/ qđ mihi quidē probatur/ inter zenonem & peripateticos nihil prę ter verborū nouitatem intereſſe/ quod si ita est quid est causę quin si zenonis rōni cōsentaneū sit satis magnā vim in virtute esse ad beateviuendū liceat idē peripateticis dicere/ Rem. n. opinor spectari oportere non verba/ M. Tu quidē tabellis obsignatis agis mecū/ & testificaris quid dixerim aliq̄n aut scripserim/ Cum alijs isto modo qui legibus imposstoicorum dogmata alacriter defēdit. In eo libro sic ait. M. Tul. vides ne igitur zenonē tuum cū Aristone verbis consistere: rediſſidere: cū Aristotele & illis reconsentire verbis discrepare. Rē spectari non verba: Rerum causa inuenta sunt verba: qui rei significandę inseruiāt. Vñ vbi de re cōstat: verborū cōtrouersia pertinacibus relinquēda est cūq; omīs cōtrouersia aut de re scleat: aut de noīe esse: vtraq; earum nascitur: ſi aut res ignoratur: aut enarratur. In noīe: stoici dicūt cōmoda fortunæ & corporis peripatetici bona re cōsentiūt verbis dissident: qd. n. refert vtrū cōmoda appelles an bona: dū idē sētias: stoici dicunt ꝓpositū esse diuitias: bonū esse negant: cū tamen hoc vocabulū ꝓpositum plus significet pęne q̄ bonū. Nā ex eo dictū videtur: quod ꝓponatur aliis: meritoq; dicebat. M. Piso plus tribui diuitiis a zenone: qui eas in ꝓpositis poneret: q̄ ab Aristotele: q bonū esse diuitias fateretur: sed neq; magnū bonū: & præ rectis honestisq; contēnendū & despiciendū: nec magnopere expetēdū: oīnoq; de istis oībus verbis a zenone mutatis. Ita. M. Piso disputabat: & q̄ bona negarētur esse ab eo & q̄ mala illa lętioribus noībus ab eo appellari q̄ a nobis: hęc tristioribus. Tabellis obsignatis agis mecū: qñ quispiā diuersa dicit: ab his q̄ alias approbauit. Solemus tabulas illius manu scriptas obsignatasq; ꝓferre ad coarguendū: qbus cōtinetur: qd a lio tpe senserit: q̄ refutatio est potentissima: cui vix cōtradici posse videatur: cum aduersum me mea scripta de promuntur inde ꝓuerbialis elocutio est. Agis mecū tabellis obsignatis: pro eo quod est: me reuincis: testimonio mearum litterarum meorumq; scriptorum: sicut nunc discipulus contra Ciceronem citat libros ipsius Ciceronis de finibus: quibus aliud censet: q̄ his Tusculanis quæstionibus sentiat. M. An-

Verba rerū cā inuenit.

Cōmoda Bona.

Præpositū. Diuitiæ in ꝓpositis.

Agere tabellis obsignatis.

UVA. BHSC. IyR_246

Nullã scripsit orationem.

tonius orator: dicere solitus est Iccirco se nullã vnq; orationem scripsisse: vt si quid aliquando: quod nõ opus esset ab se esset dictũ: posset se negare dixisse: olim. M. Brutus cum. L. Plãcum accusaret: & eum defenderet. L. Crassus ora

Mar. Antonius.

tor duos recitatores cõstituit: qui ex duabus Crassi orationibus capita alterna inter se

Cõtraria capita ex orationibus crassi.

contraria recitarent: quo animi iudicium in crassum incẽderentur: tunc. L. Crassus aliquãtum cõmotus se excusauit dicens orationes causarũ esse & temporum non autẽ hominum ipsorũ ac patronũ. Nos

Viuere in diem.

in diem viuimus. i. nunq; permanemus pseueranter in vna sententia: sed quotidie noua depromimus: sicut illi qui viuunt ĩ diem quotidie parant noua cibaria nihil seruantes nec recõdito vtũtur: hodie appetẽtes hoc cras illud. quorũ varia est vita & victus: nihili homines sunt qui in diem viuunt: deteriores qui ĩ horam

Viuere in horam.

de qbus ĩ quĩta ãtoniana sic: hęc q ĩ horã viuerẽt: non mõ de fortunis & de bonis ciuiũ sed ne qdẽ de vtilitate sua cogitauerũt: sicut inqt apd hos: qui in diem viuunt: nihil est cõstituti: nihil certi: sic mihi: nulla est firma pertinaxq; sententia sequenti id quod ꝓbabilitate animũ cõmouit. Idẽ beatissimus teneamus inquit hanc sententiã: vt sit idẽ beatus: & beatissimus: vt nihil sit beatius: beatio: sicut stoici dicunt: nihil esse rectius recto.

Nihil planius plano.

Duo cæsares fratres occisi.

UVA. BHSC. IyR_246

luculenter differit apud.M.Tul. in secundo de oratore: de quo ait quoq; in libris de officiis: sale vero conditus & facetiis cęsar. M. antonii milites a mario & cinna seuissimis ducibus missi ad. M. antoniū oratorem obtrūcandum sermone eius obstupefacti districtos iam: & vibratos gladios: cruore vacuos vaginis reddiderūt: defixoq; in terrā vultu oēs illachrimarūt: tūc annius mi

Facetiis cęsar.

Mors Antonii oratoris.

litum perfectus omnis humanitatis expers cum Antoniū oratorē milites a facinore deterritos offendissēt cōuitio acriter illos insectatus irruensq; crudele imperiū truculēto ministerio peregit: & .M. Antonio caput amputauit. quod positum fuit in rostris: in quibus ille rēpu. cōstātissime cōsul defēderat. Quod Marius letis manibus inter epulas p summā animi acverborū insolentiam aliquā diu tenuit: clarissimiq; oratoris sanguine contaminari mensæ sacra passus est: de quo Lucan⁹: aut te præsage malorum antoni: cuius laceris pendentia canis ora ferens miles festæ roran tia mensæ iposuit. Vt ea face re illi liceret: plato in gorgia tradit grauissima infandaq; peccata committi a principibus ob ipsam peccandi licentiam: platonicæ sententię subscribit Homerus: q reges & potentes inducit apud inferos cruciari: ceu tantalū: sisyphū: & titium: de talibus ait Silius .xiii. punicorū: q̄ vellent nūq; sceptris fulsisse superbis: insultant duro imperio nō digna nec æqua: ad superos passi manes: quæq; ante profari nō licitū viuis eadē permissa quęruntur. Volūtates principū p legibus sunt principi licet quicquid libet: ex quo est illud cum Antonius caracala nouercā suā iuliā ducere vellet vxorem: dixissetq; vellem si liceret: tūc illa respōdit si libet licet: an necis te imperatorē esse: & leget dare nō accipere: quo audito furor iconditus ad effectū criminis roboratus est: matrēq; .nō. n. alio erat dicenda nomine: duit vxorē & ita nuptias polluit incesto. Cū collega cōmunicauit In bello cimbrico marius curiose elaborauit vt solus victoria potiretur. Et collega catulus excluderetur: pugnatū est in cāpo patētissio. In Venetia italiæ regiōe ab atheſi fluuio iuxta Vercellas: i quo prælio victi: & ad internectionē p fligati sunt cimbri: ex qbus capti vltra sexmyriadas: hoc est milia sexagīta. Cesi aut bis tantū fuisse ferūtur: cū inter milites marii & catuli cōtētio de victoria oriretur disceptatores super hac controuersia delecti sunt q tum affuerāt parmēsiū legati: q lustratis cadaueribus perspexerunt iaculis militū catulianorum barbaros esse cōfixos: noscebantur enī ex inscriptis litteris: quę nomē catuli in telis ostentabant verū famā & gloriā huius rei totā: mario propter primam victoriā tribuerūt. Populus

put iussit. P. Crassi. L. Cæsaris nobilissimorum hominum: quorum virtus fuerat domi: militięq; cognita. M. Antonij omnium eloquētissimi quos ego audierim. C. Cęsaris in quo mihi videtur fuisse specimen humanitatis: salis suauitatis: leporis: beatus ne igitur qui hos interfecit? Mihi contra non solum eo videtur miser quod ea fecit: sed etiam qđ ita se gessit vt ea facere ei liceret & si peccare nemini licet: sed sermōis errore la-

Tyranni apud īferos.

Si libet licz

Cimbri pfligati.

UVA. BHSC. IyR_246

romanus: tunc mariumt ertium romæ conditorē appellauit: tanq̄ post romulum camillumq; tertius rem romanā restituisset: & cum romanis omnibus placeret marium solum duos agere triumphos: non tamen hoc efficere voluit q vt in secundis rebus moderatū: se pręberet: cū catulo triumphare voluit: gloriamq; bellicæ victorię: cum collega communicauit: tradunt historici eum timuisse: ne ob pręrogatiuam militarē: si catulus honore excluderetur ip̄e quoq; triumpho priuaretur: idē mox potitus victoria ciuili: quam rēp. armatus seruauerat: eam togatus omni crudelitatis gn̄e subuertit: vt haud facile dictu sit vtrū bello melior: an pace perniciosior fuerit: qui inter cęteros catulum mori coegit: nam cum deprę catoribus pro catuli salute dixisset illū mori oportere: tūc catulus inclusus domi accensis carbonibus se suffocauit: seq; ignis haustu ludibrio hostium exemit. Valerius maximus: auctor est. Quintum capitulum cymbrici triumphi cum Caio mario participem ab eodem mario mori iussum recēti calce illito multoq; igne per calefacto cubiculose inclusum peremisse.

Marius tertius cōditor dictus.

Mors catuli

Cubiculū illitum calce recenti.

Mors iouiani.

bimur id enim licere dicimus quid cui q; conceditur. Vtrum tamen beatior. C. Marius: tum cum cimbricæ victoriæ gloriam cum collega Catulo communicauit pœne altero Lelio. Nam huic illum dico simillimum. An cū ciuili bello victor iratus: necessariis. Catuli dep̄cantibus non semel respondit: sed sæpe moriatur. In quo beatior ille qui huic nefarię voci paruit: quam is qui tam scelerate imperauit. Nam cū accipere quā facere pręstat iniuriā: tū morti iā ipsi aduentanti paulū procedere obuiā: qd̄ fecit. Catulus quā qd̄ Marius: talis viri ite

Cōsimili genere mortis iouianū perisse testis est amianus marcellinus: cū recenti calce cubiculo illito odorē ferre nequisset. Qui paruit: In hanc pęne sententiam est illud plinianū: de lucio sylla: qui fęlicis sibi nomē asseruit: quod ꝓscribere tot milia ciuiū & occidere potuisset. o praua inqt īterp̄tatio: & futuro tēpore infęlix: non melioris sortis tunc fuere pereūtes: quorū miseremur hostie: cum syllam nemo non oderit. Cum: partim. Accipere q̄ facere iniuriā. Aristoteles in. v. ęthicorum: peius est inquit facere iniuriam q̄ pati: nam id cū prauitate est ac vituperatur: pati vero iniuriam: sine prauitate est: apud platonem socratis: ingorgia copiose disserit peius esse facere iniuriam: q̄ accipere Et eum qui iniuriatur: ante alios esse miserum: miseriorem q; si iniuriarū pęnas nūq̄ luat. Decretū socraticū ē: κακιον ειηαι το αδικειη του αδικεισθαι .i. peius esse iniuriā facere: q̄ accipere. Q. Metellus numidicus ī oratiōe quā de triumpho suo dixit: probi inqt iniuriam facilius accipiunt q̄ alteri tradūt. Procedere obuiam. s. præstat. Sex suos obruere consulatus: marium septies consulē fuisse & in septimo consulatu perisse historici tradunt: & indicat Lucanus cum ait: septimus exequitur repetitis fascibus annus: illæ fuit vitę mario modus: oīa passo quę peior fortuna pōt atq; oībus vso quę melior: men-

Peius facere iniuriam q̄ pati.

Decretū socratis.

Septē cōsulatus marii

UVA. BHSC. IyR_246

soq; homini quid fata pararent: ideo autem sex cōsulatus nōminat. M. Tul. quia quando catulus obuiam procedens morti cādentibus carbonibus sepe remit: tunc marius sex tantū gesserat consulatus: nam post mortem catuli & post hoc tempus: septimum cōsul designatus calendas Ianuarii iniuit magistratum: verum omnis marianæ glorię: maximus robur & fędissima suggillatio extitit mors catuli colleg: viri clarissimi consularis triūphalisq;. Duo de quadraginta: trigintaocto. dicimus enim duodeuigīti: quasi duo desint viginti: pro decem & octo: & duo de quadraginta: p triginta octo: quasi duo desint quadragīta: q̄ locutio est vsitatissima elegantissimaq;.

Duo de quadraginta.

Quapulchritndine vrbem: syracusas intelligit: q̄ ciuitas: omnium siciliæ ciuitatū pulcherrima opulentissima extitit: puerbium diulgatū est ad locupletes. Vobis ne decima quidem syracusanorum adest.

Syracusæ laudantur.

Tullius in sexto verrinam: syracusas ait vrbem esse maximam grecarum vrbium pulcherrimamq; ex quattuor ǧñi vrbibus maximis constare videbatur: quarum vna insula nominatur: altera achradina: tertia tyche: quarta neapolis: syracusani multos claros principes habuerunt: sed clarissimū Dionysium senioré: qui dicere solebat adamantina esse vincula: ad principatum sapiendum: mętum: violentiam: classem: & ex decem milibus barbarorum constitutum prędium: qui cū apud filium Dionysium vidisset ingentem vasorum aureorū argenteorumq; copiam exclamans inquit. In te affectus regius non est: qui ex tanta poculorum vi. Amicū neminem tibi cōciliasti. De hoc Dionysio refertissimi sunt auctores de quo in presentia. M. Tullius non parum multa cōmemorat: digna scitu memoratuq;: quē ait esse miserum appellandū: non felicem. cū in timore & cura anxius degeret: & per insuetitiam

Ex ǧttuor vrbibus syracusę. Insula Archadina Tyche Neapolis

Adamātina vincula.

ritu sex suos obruere consulatus. & contaminare extremum tēpus ętatis. Duo, dequadraginta annos tyrannus syracusanorum fuit Dionysius: cum quinq; & xx. natus annos dominatū occupasset: qua pulchritudine vrbem: quibus autē opibus p̄ditam seruitute oppressam tenuit ciuitatem. Atqui de hoc homine a bonis auctoribus sic scriptū accepimus summā fuisse eius i victu temperantiā: in rebusq; gerendis virum & acrum & industrium: eūdem tamen maleficum natura & iniustū. Ex quo omnibus bene veritatem intuētibus videri necesse est miserrimum. Ea enim ipsa: quę concupierat ne tum quidem cum omnia se posse censebat: consequebatur. Qui cū esset bonis parentibus atq; honesto loco natus & si id quidem alius alio modo tradit: abundaretq; & ęqualium familiaritatibus & consuetudine propin

UVA. BHSC. IyR_246

multa perpetraret. Necesse est miserrimum: supra conclusum est qui iniustus sit eundem esse miserrimū. Socrates apud platonem ait: assero bonum virum esse felicem: iniustū vero & turpē esse miserū. Adolescētes amore iunctos: antea dictum est cōcessos fuisse adolescentulorū amores: apud græcos cretenses q; a quibus philetor dictus est amator: clenos vero qui amatur. i. illustris. Philetor. Clenos.

quorum: habere etiā more grecię quosdam adolescentes amore coniunctos credebat eorū nemini sed his quos ex familijs locupletū seruos delegerat qui bus nomen seruitutis ipe detraxerat: & quibusdam conuenis & feris barbaris corporis custodiam committebat. Ita propter iniustam dominatus cupiditatem in carcerē quodāmodo ipse se incluserat. Quinetiā ne tonsori collū committeret tondere filias suas docuit itaq; ancillari sordidoq; artificio regie virgines: vt tonstricule tondebāt barbam & capillum patris. Et tamen ab ijs ipsis: cum iam essent adultę ferrū remouit: instituitq; vt candentibus iuglandium pu

Credebat: cōmittebat crede re enim est fidei committere. Detraxerat: cum nullum nomē sit sordidius inuisiusq; nomine seruitutis: nō seruos eos appellabat: sed honoratiore vocabulo nūcupabat. De quo Valerius maximus sic. Age Dionysius syracusanorum tyrannus: huiusce tormēti q̄ lōga fabula: qui duo de quadraginta annorum dominationē in hunc modum peregit: sumotis amicis: in eorum locū ferocissimarū gentium homines: & ex familiis locupletū electos: pualidos seruos: quibus latera sua cōmitteret substituit: nomine autē familiarium seruos significari asserunt eruditi & sat notum est: vnde in libris iurisconsultorū crebra mentio est: de familia publicanorū: de vrbana familia & rustica: vbi differitur: q sint habendi serui numero vrbanorum: qui rusticorū: itidem hic familias locupletum p seruis accępimus: familiæ autem appellatio quemadmodū multipliciter accipiatur: nemo vel mediocriter eruditus ignorat. Et docet paulus iurisconsultus: titulo de verborū significatione. Conuenis: conuenę dicuntur qui ex diuersis nationibus in vnum cōueniunt. Ancilari: seruili. Ferrum remouit: ex his Ciceronis racemis vindemiam sibi fecit Valerius maximus: qui sic ait: tonsorum quoq; mętu tondere filias edocuit quarum ipsarū postq̄ adulte ętati appropinquabant: manibus ferrū non ausus cōmittere: instituit vt candentiū glandium aut nucū putaminibus barbam & capillum sibi adurerent. Cādentibus putaminibus. id est ignitis corticibus: candens enim modo ignitū: alias candidū nam & candet significat ignitum esse: & candidum esse: sicut apud Virgiliū: dicitur candens vacca: & candens faucilla Solinus: solem sydus candentissimum appellat putamina vero dici rerum purgamenta: docent glossematici: nam quicqd ex quacūq; re proicitur putamen appellatur: vulgatissimum est illud plauti-

Dominatio Dionysii. Familię seruorum. Conuene. Vindemia ex racemis alienis. Cādentissimus sol Glosematici.

UVA. BHSC. IyR_246

Putamina quid Putamen nucum.

nm ex captiuis. Nucleum amisi: reliquit pignori putamina. Plinius ait pigmeos ex putaminibus ouorũ construere casas putamina iuglandium pro corticibus nucũ accipiũtur: quas Plinius duplici protectas esse operimento tradit: puluinati primũ calicis: mox lignei putaminis: idẽ aliubi inquit putamine clauduntur nuces: corio castaneę: & carinas putaminũ bifidas esse refert.

Iuglans Iouis Glans

Iuglandem interpretatur. Iouis glandem: quasi ioui dicatã ob ægregiũ fructum. Antiqui auctore Macrobio Iouis glandem appellauerunt: quæ nũc litteris interlisis iuglans nominatur. Cloatius iuglans inquit quasi diuiglans: id est

Basilica nux.

Διος βαλανος: hãc gręci basilicam vocãt: q̃ si inter nuces regalẽ: cuius galenus quoq; cõmeminit: Caryon a capitis grauedine ꝓpter: odoris grauitatem cõuenit nucẽ dici: vñ

Caryon vñ.

& carynon oleũ vocãt facticiũ ex nucibus iuglandibus: nux auellana: q̃ minima ẽ añ abellina patrio noĩe dicta p̃nestina & corylus dicitur quã græci ponticã vocãt quoniam ex ponto in gręciã asiamq; venere: hinc illud Papinii ex ende casillabo: quicquid nobile põticus nuceris. Amygdalam appellant nucem gręcã: quæ arbor an fuerit ĩ italia catonis ętate dubitatur: quoniam gręcas nominat: inter nucum genera est mollusca nux: ex eo dicta quod cæteris omnibus nucibus mollior sit: de quibus Plinius: molluscæ putamen rũpentes. Macrobius: molluscam nucem ꝑsicum esse interpretatur & sueuius docet in idilio: ego arbitror molluscam nucem non dici id pomũ: quod vulgo persicum vocamus sed genus nucũ persicum: ex perside translatũ. Duas vxores: Dionysius duas vxores: vno simildie duxisse fertur. alterã ex locorũ gente nomĩe doridam: alteram syracusanã nomine Aristomacham hipparini filiã. Incertũ fuit: cũ vtra prius cõcubuisset: solebant: cum eo communes habere cęnas: vicissimq; noctes diuidere: Aristomacha diusterilis fuit: & ex ea nihil liberorum tulit q̃uis admodum cuperet: mox quattuor filios suscępit: duos mares totidẽq; fęminas: ex doride locrẽsi: filios habuit tres. Detorquebat: in alteram partẽ deflectebat vt introitus esse interclusus. Valerius maximus: cubicularem lectum: perinde quasi castra lata fossa cinxit: in quem se ligneo ponte recipiebat cũ forem cubiculi extrinsecus a custodibus opertam interiore claustro ipse diligẽter obserasset. Suggestis: pulpitis: mos fuit imperatorum: ex cespitibus facere suggestum: quod tribunal cespiticium appellant. Flauius vopiscus prope auguste dii te seruẽt. Deinde concursus ad cespiticium tribunal. Amianus Marcellinus auctor est.

Carynon oleũ ex nucibus.

Auellana Prænestina

Pontica Pontica nucera.

Mollusca nux.

Duæ vxores Dionysii.

Cubicularis lectus.

Tribunal cespitium.

taminibus barbam sibi & capillum adurerent. Cumq; duas vxores haberet Aristomacben/ ciuem suam: Doridęm autem locrensem: sic noctu ad eas vẽtitabat: vt omnia specularetur & perscrutaretur ante. Et cum fossam latam cubiculari lecto circundedisse: eiusq; fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset: eum ipsum cũ fores cubiculi clauserat: detorquebat: idemque cum in cõmunibus suggestis consistere nõ auderet: concionari ex turri alta solebat. At-

UVA. BHSC. IyR_246

Iulianum imperatorem aggere glebali assistentē allocutum milites esse. Lucanus de cæsare concionabundo loquens ait: stetit aggere fulti cespitis intrepidus vultu: & apud Virgilium. Aeneas cęlso medius stans aggere fatur. Studiosę id factitabat. de mutio scæuo iuriscōsulto memorię proditum est: quod pila optimę ludebat. Multa autem sunt genera pilarum: est paganica quę rusticorū est: est tigron: siue trigonalis: est ventosa: quæ folliis pugilatorius a plauto decēter dicitur υποκοριστικως folliculus super quo apd Suetonium in augusto satis multa. Vitam cōmittis: qui gladium alteri tradit: illi vitę suę potestatem committit. In manu enim illius est: qui accipit gladium: hominem a quo acceperit necare si velit. Alterū: familiarē. Alterum: adolescentulum quem amabat. Impotentium: tyrānorum: & impotentia grassantiū. Huic cupiditati imperiosę: quę sanguinarium fecit Dionysium: iussitq; hominē dilectissimū occidere. Illi: alteri: scilicet dolori: ex morte adolescentuli amati. Cōsimile est illud Persianum huccine an hūc sequeris. subeas alternus oportet Ancipiti obsequio: dominus alternus ob erres. Nec tu cum obstite is semel instātiq; negaris parere imperio rumpi iam vincula dicas. Cū quidam: Macrobius libro primo in somnium scipionis scribit hæc ad istam sententiam conducentia. Dionysius aulę siculæ inclementissimus. Incubator familiari quōdam suo solam sibi existimanti vitam tyranni beatam: volēs q̄ perpetuo mętu: misera: quam impēdētium semper periculorum plena esset ostēdere: gladium vagina raptum: & a capulo de filo tenui pēdentē mucrone demisso iussit familiaris illius capiti: inter epulas īminere. Cūq; ille & siculas: & tyrannicas copias pręsentis mortis periculo aspernaretur: ta

Stetit aggere felti cespitis.

Mutius pila laudebat

Folis pugillatorius.

Folliculus.

Huccine an hūc seq̄ris.

Gladius a filo pēdēs.

que is cum pila ludere vellet studiose enī id saciebat: tunicaq; poneret adolescentulo quem amabat: tradidisse gladium dicitur: Hic cum quidam familiaris iocans dixisset huic quidem certe vitam tuam committis: arisissetq;: adolescens vtrumque iussit interfici. Alterū quia iam demonstrauisset interimendi sui. Alterum quia id dictum rissu approbauisset. Atque eo facto sic doluit: vt nihil grauius tulerit in vita quem. n. vehementer amarat occiderat: sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupiditates: cum huic obsecutus sis: illi est repugnandum. Quanquam hic quidem tyrānus ipse iudicauit quam esset beatus Nam cum quidam ex eius assentatoribus Damocles commemoraret in sermone copias eius: opes maiestatem dominatus: rerū abūdātiā magnificentiā ædiū regiarū: negaretq; vnquā beatiorē quēquā fuisse. Vise ne igitur inquit

UVA. BHSC. IyR_246

lis est inquit Dionysius vita quam beatam putabas: sic nobis semper mortē imminentem videmus: existima ergo quādo fēlix esse poterit qui timere nō desinit. Textili stragulo: a texēdo textilis vestis dicta ante cuius vsum fuit nexilis vestitus: vt docet Lucretius illo versu Nexilis añ fuit vestis q̄ textile tegmen: textrinum vocant officinam: vbi textores texunt vestimēta textilia: accusat verrem Mar. Tullius quod nulla domus ī sicilia lo cuplex fuerit: vbi ille nō textrinum instituerit: vbi stragulam vestem confici iubebat: ipse enim solam dabat purpuram. Amici vero operas: vestimentum vt inquit Vulpianus: quod in tela est nondum pertextum: vel detextū appellatur cōtextum stragulum autem a sternendo dictum est: significaturq̄ vestis stragula: quę insterni solet: quērit Paulus iurisconsultus de tapetis: vtrū in veste sint stragula. An in suppellectili: vt thoralia: q̄ pprię stragulorum non sunt. Vulpianus stragula: q̄ equis insterni solent: non putat vestis esse: ægyptii primi inuenere textilia. Picto: Plautus appellat belluata tapecia: belluarum figuris picta intextaq̄: colores diuersos picturę intexere babylon maxime celebrauit & nomen imposuit: babilonica enim appellantur: pluribus vero liciis texere: quæ polimita appellant alexandria instituit: dictas vestes iam apud Homerum fuisse accepimus: & memorat Plinius. Inter insignia triumphantis numeratur toga picta a Liuio: quæ purpurea antea vocitata est: & ea erat sine pictura: tunica autem palmata: a latitudine clauorum dicebatur: quæ nunc a genere picturæ: picta appellatur. Abacos: mensas in quibus vasa esculenta poculentaq̄ imponuntur abacos vocant Iuuenalis ornamentum abaci. De abacis in hoc significatu apud Plinium frequens mentio. In verrinis ait. Mar. Tullius: verrem fecisse aliquot abacorum vasa aurea. Abacus dicitur tabula geometrica: de qua Persius. Nec qui abaci numeros & secto ī puluere metas scit rīsisse vafer. Marcianus in geometria: abacus nūcupatur: res depingendis: designādisq̄ opportuna formis: abacus in ædificiis inter ornamenta colūnarum numeratur ex præcepto. Victruuii abacus erit longus & latus: q̄ crassa columna est. Antiqui mensam vasorū quadratā habuerūt. Vocarūtq̄ vrnariū: quod vrnas cū aqua positas ibi potissimū habebant in culina: fuit & priscis mensa vinaria rotunda nomine cilibātum: a cilice poculo græco ideſt calice dictū. Altera erat vinaria mensa quadrata vna columnela subnixa: cartibulū vocabatur. Auro cęlato: sculpto cęlū instrumentū est cęlatoris hoc est sculptoris: miratur Plinius. In auro celando inclaruisse neminem. Argento multos: maxime tamē laudatus est mentor: cuius manu celata pocula celebrantur Crassus orator duos ha

O Damocle: quoniam hęc te vita delectat: ipse eandem degustare: & fortunā experiri meam? Cum se ille cupere dixisset collocari iussit hominē in aureo lecto: strato pulcherrimo textili stragulo magnificis operibus picto Abacosq̄ quam plures ornauit argentoq̄ celato. Tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere: eosq̄ ad nutum illiu intuentis diligenter mini

Textilis vestis. Textilis Textrinū.

Stragula vestis.

Beluata tapetia. Babilonica Polimita Toga picta

Abacus.

Abacus tabula geometrica. Abacus in ędificiis.

Vrnarium Cilibantū.

Cartibulū. Cęlum Pocula mē surea

UVA. BHSC. IyR_246

buit scyphos mentoris artificis manu celatos sestertiis centū. Cōfessus est tamen nunq̄: se his vti propter verecundiā ausum. Vascularius dicitur artifex vasorū. Incendebātur odores: hęc quoq; tēpestate incōuiuiis lautioribus incendūtur odores: & suffitus adolentur: vt luxuriæ parentalia consumata sint: apud Arabas nō alia ligna sunt in vsu q̄ odorata: cibos sabei coquunt: thuris ligno: alii myrrhę: odore stiracis suffiunt tecta: strobū arborem ad suffitus parent pfusam vino palmeo accēdētes: cui⁹ odor redit a cameris ad solum iucūdus: sed aggrauās capita citra dolorem: tamen hoc somnum ægris quęrunt.

Vascuiari⁹.
Sabei coquunt.
Cibos
Thurę.
Strobus ad suffitus.

strare. Aderant vnguenta coronæ Incē debantur odores. Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium elacunari seta equina appensum demitti iussit: vt impēderet illius beati ceruicibus. Ita q; nec pulchros illos administratores aspiciebat: nec plenum artis argentum Nec manum porrigebat in mensam. lā ipsæ defluebant coronæ. Deniq; exorrauit tyrannum vt abire liceret q; iam beatus nollet esse satis ne videtur declarasse Dyonisius nihil esse ei beatum: cui semper aliquis terror impendeat. Atq; ne ei integrum quidem erat: vt ad iusticiam remigraret: ciuibusq; libertatē & iura redderet. His enim se adolescens improuisa ætate irretierat erratis: eaq; cōmiserat: vt saluus esse nō posset: si sa-

Elacunari: lacunar: lacus: laquear: laqueārium dicitur camera: hoc est pars superior cubiculi: & cenationis: vt grammatici annotāt: & notissimū est. Illius beati: Damoclis qui sibi beatus videbatur. Cerui cibus: antiqui pluraliter tantum ceruices dicebāt: primus hortensius ceruicem singulariter enunciauit. Coronę: coronati epulabantur: auctor est Plinius sutiles coronas solēnes fuisse in cenis lautissimū habebatur: e nardi folio eas dari vnguentis madidas: olī cleopatra in conuiuio inuitauit Antonium: vt coronas biberent: quas conceptas in cyphum: incipienti haurire opposuit manū. Erant enim venenatę. & ita demonstrauit: se posse antoniū necare si vellet: qui ab illa sibi cauebat: noua pgustatorum ciborum diligētia. Aliquis terror: Saturninus impera imperator sententialiter dixit: nescitis amici

Lacunar.
Ceruices
Coronati.
Cena
Vt coronas biberēt.
Dictum Saturnini.

quid mali sit iperare: gladii sera pendētes ceruicibus imminēt hastę vndiq;: vndiq; spicula: ipsi custodes timentur: ipsi comites formidātur: nō cibus pro voluptate: non iter pro auctoritate: non bella pro iudicio: non arma pro studio. In pythagoreis duobus: Damonem & pytheam significat pythagoricę doctrinę sacris initiatos: quos ferunt hoc animo inter eos fuisse: vt cū eorum alteri Dionysius tyrānus diē necis destinasset: is qui morti addictus foret pau

Gladii sera pēdent
Fides
Damonis & pithist.

UVA. BHSC. IyR_246

cos sibi dies: quibus priusq̃ periret domũ profectus res suas ordinaret impetrauisset: vas factus est alter eius sistendi: vt si ille non reuertisset moriendum esset sibiipsi omnes & in primis Dionysius nouę atq; ancipitis re exitũ speculabantur: appropinquãte deinde definita die nec illo redeũte: vnusquisq; stulticiæ tam temerarium sponsorem damnabat: at is nihil se de amici constantia metuere p̃dicabat: qui cũ se ad diem recepisset: eodẽq; momento atq; hora: a Dionysio cõstituta superuenisset: admiratus eorum fidem tyrannus: supplicium remisit: rogauitq; insuper: vt se in amicitiã tertiũ ascriberent: Vadẽ mortis: spõsorem: vades enim dicunt sponsores in rebus capitalibus: qui in senũmaria prędes nominantur: auctor Ausonius: ĩ monosyllabis de quo M. Varro libro secundo de latina lingua. Vas inquit appellatus: qui pro altero vadimonium promittebat. Consuetudo erat: cum reus parum idoneus esset inceptis rebus vt ꝓ se alterum daret. Poetam tragicum: legimus apud scriptores idoneos vtrũq; Dionysiũ seniorem & iuniorem litteris claruisse: tradit Plinius Dionysium sicilię tyrannum gaudio obiisse: accepto tragicę victoriæ nuntio ex quo colligimus. Eum fuisse tragicũ poetam: scribit Plutarchus vtrũq; Dionysium audiuisse Platonem seniorem autẽ ex ęgritudine mortuũ hausta potione somnifica: q̃ sopori mortẽ citra sensum continuaret. Cũ aquinio: nomen est poete: sed vide an archia potius legendum sit: qui. M. Tullio amicitia familiariter iunctus fuit: quod ex oratione pro archia poeta satis liquet: Aquilius quoq; collega & familiaris fuit Mar. Ciceronis: sed non tam poeta q̃ iuriscõsultus: qui de dolo malo formulas condidit. Te tua: prouerbium est vetus: cu

Vas factus alter.

Vt tertius ĩ amicitiam reciperetur Vades.

Dionysius gaudio obit

Archias Aquilius.

nus esse cœpisset. Quantopere vero amicitias desideraret: quarum infidelitatem extimescebat: declarauit in pythagoreis duobus illis. Quorum cum alterum vadẽ mortis accepisset: alter & vadem suũ liberaret præsto fuisset ad horam morti destinatam. Vtinam ego inquit tertius vobis amicus ascriberet. Quam huic erat miserum carerę cõsuetudine amicorum: societate victus: sermone omnino familiari homini præsertim docto a puero: institutis & artibus ingenuis erudito. Musicorum vero per studiosum accepimus: poetam etiã tragicum quam bonum: nihil ad rem. In hoc enim genere nescio quo pacto magis quam in alijs: suum cuiq; pulchrum est. Adhuc neminem cognoui poetam & mihi fuit cum Aquinio amicitia: qui sibi non optimus videretur: sic seres habet. Te tua: me delectãt mea sed vt ad Dionysium redeamus/omni cultu & victu humano carebat. Viuebat cum fu-

UVA. BHSC. IyR_246

ius & in epistolis ad Atticum mentio fit: suam cuiq; sponsam: mihi meam: suum cuiq; amorem mihi meum: quod Attilius poeta clarissimus protulit. Tetrius: crudelius: vitabilius: tetrum enim modo vitabile modo illuuiosum & fœtidum. modo amarū: modo crudele significatur. Nam sermo est polisemus. Ex eadē vrbe. s. syracusana. Humilē homūculū: de hoc sic cecinit filius.

Suam cuiq; sponsam.
Tetrum.
De archimedis obitu.

gitiuis/ cum facinorosis: cum barbaris.
Neminē qui aut libertate dignus esset:
aut vellet omnino liber esse: sibi amicū
arbitrabatur. Non ergo iam cum huius
vita/ qua tetrius: miserius detestabilius:
ex cogitare nihil possum. Platonis aut.
Archytæ vitam comparabo doctorum
hominum & plane sapientiū Ex eadē
vrbe humilem homūculū a puluere &
radio excitabo q multis annis post fuit
Archimedem/ cuius ego questor igno-

xiiii. punicorū: vir fuit isthmiacis decus imortale colonis ingenio facile ante alios telluris alumnos: nudus opū sed cui cœlum terræq; parerēt relege quę scripsimus in primo cōmentario. super archimede: machinalis sciētię sciētissimo: quē Marcellus briarium vocitabat: qui cum syracusę caperentur: interdixit ne violareturvnus. nisi fefellisset imperiū militaris impruden tia. Nam dū animo & oculis in terra defixis formas geometricas describit: ab ignaro milite qs esset interfectus est. In eoq; tumultu: nec discurrē tes romanos: nec captas syracusas sensit: ęgre id marcellū tulisse memoriæ pditum est: sepulturęq; curam habitam: & propinquis etiam inquisitis honori pīdioq; nomen eius ac memoriam fuisse: quidā autumant archimedi ferenti ad marcellum spherus & quędam alia mathematica: factos esse obuiā milites: eūq; aurum vase: ferre suspicantes obtruncasse: id marcellum adeo ęgre tulisse: vt homicidam: perindę ac detestabilem maculosumq; abhominatus sit: in sepulchro archimedis posita fuit sphera cum cylin dro: ad viri syderalem machinalemq; doctrinam significandam: gloriatur Mar. Tullius se sepulchrum archimedis obsitum ignoratumq; syracusanis recognouisse: ex epitaphio & sphera. A puluere: puluerem geometricum significat: quo machinarii commentatores & geometriæ disciplinę scientes varias formas figurasq; describūt: de quo Persius: nec qui abaci numeros: & tecto in puluere mętas scit risisse vafert: de archimede memoriæ proditum est interfectum esse dum intentus formis est quas in puluere descripserat: de hoc intelligi vult Apuleius cum ait in magia: verum etiam abaco & puluisculo deę dedisses: ob hunc puluere geometricum. Marcianus quoq; sic scripsit pandere puluereum, formarum ductibus æquor. Plutarchus quoq; auctor est Regiam Dionysii puluerulentam fuisse ob eorum multitudinem: qui geometricas: in puluere figuras describebant. Radium vero virgam dici qua geometræ lineas formant: indicantq;: nemo vel mediocriter doctus ignorat: qui illud Virgilianum vel tantum legerit. Descripsit radio totum qui gentibus orbem.

Puluisculū geometricū

Duo quęstores scicilię ses.

Ego quæstor: cum sicilia duobus quæstoribus regi soleat: vno Liby-

UVA. BHSC. IyR_246

tano: altero syracusano. Mar. Tul. libytanus fuit: sexto peduceo prætore de hac sua quęstura: scribit ipse affatim inverrinis: & in oratione pro plācio: vbi ait nullius in sicilia quęsturam aut gratiorem aut clariorem sua fuisse. Vepribus: spinis & sentibus. Virgilius: & hirsuti fecerunt corpora vepres. Indevepreta: & υπο κρισγικως: veprecula: senticeta & spineta dicuntur: hoc est loca vepribus plena in oratiōe pro sestio: ex vepræculis extracta nitedula remp. niteretur erodere. vbi nitedulæ nominemus significatur. Dumetis. Antiqui dusmosum locū dicebant: pro dumosum hoc est dumis plenum: litteram enim: scilicet interserebant: & quæ nos dumeta appellabāt dumetica: & dumosa: frōdosa: a dumis omnia: quo nomine spinę & sentes: significantur. Senariolos versiculos a senis pedibus dictos: in senariis versibus animaduerterunt metrici duos primos pedes: item extremos duos: habere singulas posse integras partes orationis: medios haud vnquam posse. Cum cylindro: cylindrus lapis teres est siue columela oblonga a volubilitate dictus. de quo poeta. Area tū primum est ingenti æquanda cylindro: si lapidem cylindrum inquit chrysippus & repetit Gellius: per spacia terræ proua iacias causam quidem ei tu: & initium præcipitantię feceris: mox tamen ille præceps voluetur: non quia tu id iam facias: sed quoniam ita sese modus eius: & fortunæ volubilitas habet ab hac similitudine gemmę: proceirores cylindri nominantur. Plinius de beryllis scribens libro nouissimo na. historię: ideo inquit cylindros ex his facere malunt: quam gemmas: quoniam: est summa commendatio in longitudine. Consimiliter Solinus idem tradēs ait: indici reges hoc genus gemmarum in longissimos cylindros amant fingere. Cylindrorum in hoc significatu meminit. Paulus iurisconsultus: ad titulum de auro & argento legato: a figura cylindri: qui teres est & oblongus cylindraceum deriuatur. Plinius scribit siliquas piso quod genus leguminis est cylindraceas esse: ī sepulchro autem archimedis. ideo videtur positus esse cylindrus cum sphęra: vt ꝑ sphęram sideralis scientia demonstraretur: per cylindrum vero machinalis peritia: in qua geometrę vtuntur cylindro: nisi nomine cylindri velis intelligi radium astrologicum: qui cylindracię figure est: eoq; astrologi orbem cęlumq; describunt. Anaximander dixit terram esse forme cylindraceę: vnde cylindri forsan vsus archimedi. Ad portas aggragianas: nomen est portarum syracusanarum: sicut scea nomen fuit portæ troianæ: sicut hemoroidæ thebarum portæ dictæ sunt. Columnelam: Demetrius vt docet Cicero in libris de legibus: sepulchris nouis modum finiens: noluit super terræ tumulum

Vepres. Vepreta. Vepreta. Veprecula nitedula. Dumosum. Dumi. Senarioli. Cylindrus. Cylindri. Cylīdraceū Hemoroidæ portæ.

ratum ab syracusanis/ cum esse omnino negarent/ septum vndiq; & vestitū vepribus & dumetis indagauit sepulchrū Tenebam enim quosdam senariolos/ quos in eius monumento esse īscriptos acceperam qui declarabant in summo sepulchro sphæram esse positam cū cylindro Ego autem cum omnia collustrarem oculis est, n. ad portas agragianas magna frequentia sępulchrorum/ ani-

UVA. BHSC. IyR_246

ſtatui niſi columnelam: quę tribus cubitis non eſſe altior. Antiqui auctore. Quintiliano columam dicebant exempta littera enim pro columna: vnde per diminutionem columela dicitur columnela: apud veteres: ſerui maiores in familia dicti ſunt columelæ: vel a columna: vel a columine: ſicut columen familiæ apud plautum & terentium: lucili verſus eſt quem vſurpat epigrammatarius poeta: de columela ſeruo. lucili columela hic ſitus ętrophanes: ſunt & dentes in equis a Plinio columelares dicti. Cum falcibus: falcarios appellāt: qui falcibus vtuntur. de quibus Mar. Tullius in primo inuectiuarum contra catilinam: dico te prima nocte veniſſe inter falcarios: quam locum Priſcianus exponens ait inter falcarios: id eſt in locum vbi ſunt falcarii. Antiqui falces ſeculas dixerunt a ſecando: quarū multi iuga genera. In quibus ſūt lumariæ: quibus ſecant lumecta: ſic enim ſpinę appellātur quas quod a terra agricolæ ſoluunt. i. luunt. lumecta nominantur: ſunt & falces ſurpiculę vocatę: a' ſyrpando. id eſt ab alligando: hic proprie ſignificantur falces lumarię: repurgata enim ſunt lumecta hoc eſt vepres & ſpinę. Baſim ſignificat columnelę ſepulchralis fundamentum: nā baſes ſunt ſuſtentacula colūnarū quod nullus ignorat: ab hac ſimilitudine baſes eleganter dicuntur orbiculi illi: quibus vaſa in mēſis collocantur ne totalia polluant: trebatius iuriſconſultus: ſicut libro delegatis tertio proditum eſt. cui corinthia vaſa legata eſſent: & baſes huic quoq; horum vaſorum collocandorum cauſa paratas deberi reſpondit quod labeo non probat: ſi eas baſes vaſorum numero teſtator habuerit. Exeſis: corroſis. & vetuſtate: conſumptis: nam vt inquit eleganter & vere auſonius monumēta fatiſcunt mors etiam ſaxis nominibuſq; venit. Dimidiatis: qui diſtet dimidiatum a dimio diximus commentariis ſuetonii: & ſubtiliter docet. Au. Gellius in tertio. Græciæ ciuitas: ſyracuſas ſignificat a grǽcis conditas: & grǽcarum ciuitatum pulcherrimas: opulentiſſimaſq;. Doctiſſima: cum propter alios. tum maxime propter theocritum: bucolici poematis ſcriptorem qui fuit ſyracuſanus: & vt auctor eſt Solinus in polyhiſtore in ſicilia primum

Columa. Columela. Columela. Columelæ ceruí.

maduerti columnelam non multum e dumis eminentem: in qua inerat ſphęræ figura: & chylindri/ atq; ego ſtatim ſyracuſanis erant autem principes me cum dixi me illud ipſum arbitrari eſſe: quod quererem: immiſſi cum falcibus multi purgarunt: & aperuerunt locum quo cū parefactus eſſet additus/ad aduerſam baſim acceſſimus. Apparebat epigramma exeſis poſterioribus partibus verſiculorum dimidiatis fore. Ita nobiliſſima græciæ ciuitas/ quondam vero etiam doctiſſima/ ciuis vnus acutiſſimi monumētum ignoraſſet/ niſi ab homine arpinate didiciſſet ſed redeat vnde aberrauit oratio. Quis eſt enim

Columelares dentes.

Inter falcarios.

Seculæ Lumariæ

Sirpiculæ.

UVA. BHSC. IyR_246

Comedia ĩ ſicila iuẽta.

inuenta comedia eſt. Cuius: archimedis. Ab homine arpinate a Cicerone: ſe enim ipſam arpinatem hominem appellat: fuit autem arpinum duobus alũnis Ca. Mario: & Mar. Tullio clarum. i. cum humanitate: antiqui qui probe beneq; locuti ſunt humanitatem appellarunt id prope modum quod græci: παιδειαν: nos eruditionem inſtitutionemq; in bonas artes dicimus: quas qui ſinceriter cupiunt appetũtq; hi ſunt vel maxime humaniſſimi: huius enim ſcientię cura & diſciplina ex vniuerſis animantibus: vni homini data eſt: idcirco humanitas appellata. Mar. Varro praxiteles inquit propter artificium ægregiũ nemini eſt paulum humaniori ignotus: humaniori dixit: pro eruditiori doctiori quę: qui ex libris & hyſtoria cognouerit: quis fuerit praxiteles: hinc vulgo ſtudia hũanitatis hoc eſt eruditionis appellitantur & dixit Aulus gellius in octauo de Philippo alexãdri magni patre loquens: a liberari inqt muſa: & a ſtudiis humanitatis nunq̃ abfuit: quin lapide comiterq; pleraq; & diceret & faceret. Mathematicũ: archimedem intelligit. Tyrãnũ. Dionyſiũ. Altetius mens: archimedis. Paſtus animorũ dixit Hieronymus: libros noſti eſſe aĩe pabulum: & profecto: nullus paſtus: nullus cibus aĩorũ poteſt eſſe ſuauior: quam veſtigatio doctrinarũ: & oblectatio litterarum. Alterius in cede. ſ. Dionyſii. Democritum: de hiſce philoſophis ſupra diximus. Pars optima: mens & ratio optima pars eſt haud dubiæ in ipſo hoĩe: bonũ aũt mẽtis eſt virtus. Igitur frui virtute: eſt beate viuere. Fruẽdũ eſt frui vt ſubtiliter penſitat. Augu. lib. i. de doctrina xp̃iana: & lib. xi. de ciuitate dei: eſt ea re vti: q̃ nos nõ ad aliũ referẽda ꝑ ſeipſã delectat: vti vero ea re: quã ꝓpter aliud q̃rimus: vñ tꝑalibus magis vtẽdũ eſt fruendũ: vt frui mereamur æternis: atqui p̃poſteri hoĩes frui volũt nũmo: vti aũt deo: quoniã nũmũ: nõ

Humanitas ꝑ eruditiõe

Studia hũanitatis.

Libri pabulũ aĩorum.

Frui quid Vti.

Frui numo vti deo.

omnium qui modo cum muſis: ideſt cũ humanitate & cũ doctrina habeat aliquod commertium: qui ſe non hũc mathematicum malit quam illum tyrãnũ, ſi vitæ modum actionemq; querimus. Alterius mens rationibus agitandis exquirendiſq; alebatur cum oblectatione ſolertiæ qui ẽ vnus ſuauiſſimus paſtus animorum. Alterius in cæde & iniurijs cum & diurno & nocturno metu. Age cõfer Democritum Pythagoram Anaxagoram. Quæ regna/ quas opes ſtudijs eorum & delectationibus antepones? Et. n. quę pars optima eſt in hoĩe/ in ea ſitum eſſe neceſſe eſt illud qđ quęris oĩm optimum quid eſt autem in homine ſagaci ac bona mẽte melius/ eius bono fruendũ eſt igitur: ſi beati eſſe volumus. Bonũ autẽ mentis eſt virtus/ ergo hac beatã vitã cõtineri neceſſe eſt/ hinc quę pulchra/ honeſta/ p̃clara ſunt/

UVA. BHSC. IyR_246

propter deum impendunt: sed deum propter nummum colunt. Explenis gaudiis: diffinitio beatitudinis est omnium rerum optandarū plenitudo: siue status ex omnium rerum congregatione perfectus. Quidam prestans: qđ Mar. Antonius in summo oratore fingendo factitabat qui cognitione tantum & mente cernebat speciem eloquentis: quem re ipsa non videbat. idem nunc. Mar. Tullius percipit esse faciendum in sapiente vt animo & cogitatione sapientis formā imaginetur atq; informet qualis fortasse nemo vnq̄ fuerit: cui nihil de futurum esse asseuerat ad vitam non solum beatam: sed etiam beatissimā efficiendam. Triplex animi fœtus: tres philosophiæ partes significat naturalem: moralē rationalem. Vnus in cognitione: pertinet hoc ad physicē .i. naturalem philosophiam quę inuestigatiōe naturę vertatur: & rerum naturaliū causas scrutatur: de quo ait poeta fęlix qui potuit rerum cognoscere causas. Seneca in q̄stionib⁹ naturalib⁹: tātū: inqt iter duas philosophias iter est: q̄tū inter deū: & hoiem: altera docet: qd in terris agē dū sit: altera qd agatur ī cęlo: idē naturæ inqt rerū gratias ago: tū secretiora eius itraui cū disco q̄ vniuersi materia: sit qs auctor sit: ac custos: qd sit deus: an totus ī se intē dat: an & ad nos aliq̄ respiciat: faciat quotidie aliqd an semel

Physica naturalis sacrarium naturę clausū.

vt supra dixi/ sed dicendum illud idem paulo vberius videtur/ plena gaudiorum sunt Ex perpetuis autem plenisq; gaudijs cum perspicuum sit vitam beatam existere: sequitur vt ea existat ex honestate: sed ne verbis solum attingamus ea que volumus ostendere: proponenda quędam quasi mouentia sunt: quę nos magis ad cognitionē intelligētiāq; cōuertant/ sumatur em̄ nobis quidā prestans vir optimis artibus. Isq; aio parumper & cogitatione fingatur. primū ingenio eximio sit necesse est. Tardijs enim mentibus virtus nō facile cōmittitur. Deinde ad inuestigandā veritatē studio incitato ex quo triplex ille animi fœtus existit. Vnus in cognitione rerum positus / & in explicatione naturæ. Alter in descriptione expetenda rum fugiendarū ve rerū. Tertius in iudicando quid cuiq; rei sit conueniens/

fecerit: ps mūdi sit an mūdus Idē aliubi: refert rerū natura nō sua sacra simul tradere: initiatos inqt nos credimus: ī vestibulo eius hęremus. illa archana nō pmiscue nec oībus patēt reducta & ī interiore clausa sunt sacrario. Alter in descriptione: hęc ad ethicen. i. moralē philosophiā referēdū est: q̄ de moribus disputat & qd expetendū quidue fugiendum sit edocere. Tertius in iudicando. ad logicē. i. rationalē philosophiā hoc ptinet: q̄ proprietate verborū existit & structurā: & argumētationes ne pro vero falsa subrepāt. Boetius in commentariis topicorum: hæc est inquit discipula quasi disserendi quędā magistra: quam longicem rationē veteres peripatetici appellauerūt: conti-

Logica rationalis. Dialectica disputatrix

UVA. BHSC. IyR_246

Logice. Topica.

nens in se: inueniendi iudicandiq; peritiam: stoici hanc eandē rationē diserē di paulo angustius tractauerunt: nihil enim de inuentione laborantes. In sola tantum iudicatione consistunt. deq; ea p̄cepta multipliciter dantes dialecticam nuncupauerūt. Plato etiam dialecticam vocant: quasi dicat disputatoriā: siue disputatricē. Aristoteles vero longicam, irrationalem q̄ Cicero definiuit

Analytica.

diligentē rationem diserēdi. hanc diuidūt. In analyticam: & topicā: topica verba curat: & sensus & ordinē. analytica inverba & significationes: diducitur. Rursus eiusdem logice altero est: diducitur enim in duas partes: vnā inueniēdi alteram iudicādi: nemo nāq; potest diligenter deserere: nisi quale sit id: quod ad disputationē sumitur iudicaverit: nec est dubium quin hoc iudicium adinuentionum varietatem: sic accomodandum. Et enim cum diffinit aliquis vel diuidit inuentione vtitur: sed an recte diffiniat vel diuidat iudicatione perpendit. Illa. n. pars q̄ in iudicādo posita est vocatur analyticæ. Epicurei

quid repugnans in quo ineſt omnis tū subtilitas differendi: tum veritas iudicā di: Quo tandem igitur gaudio affici necesse est sapientis animum cum his habitantem, pernoctantemq; curis: & cū totius mundi motus conuersioneſq; pspexit: sideraq; viderit innumerabilia cœlo inhęrentia cum eius ipsius motu cōgruere certis infixa sedibus: septem alia suos quoq; tenere cursus: multum inter se aut altitudine aut humilitate di

Inuentio iudicatio. Epicurei cyrenaici Ariston chius.

duas tantum partes philosophiæ putauerunt esse: naturalem atq; moralem: summouētes rationalem. Cyrenaici naturalia cum rationalibus sustulerunt: & contenti fuerunt moralibus: quæ in quinq; partes diuidunt vt vna sit de fugiendis & expetendis: altera de affectibus: tertia de affectionibus: quarta de causis: quinta de argumentis. Ariston chius: nō tantū superuacuas esse dixit naturalem & rationalem: sed etiam cōtrarias: moralem quoq;: quam solam reliquerat circūcidit: nam eum locum: qui monitiones continet: sustulit: & pedagogi esse dixit non philosophi. Quid. consequens Consequens est vt dialetica eiusq; sectatores ostēdunt: quicquid id quod antecedit sequitur vt inimicitiæ bellū consequuntur: nam si bellū est: inimicitias esse: necesse est: repugnantia vero intelliguntur quotiens id quod alicui contrariorum naturaliter iunctum est: reliquo contrario comparatur: vt exempli causa quoniam amicitiæ & inimicitiæ contraria sunt: inimicitias vero consequitur nocendi voluntas: & nocendi voluntas & amicitia repugnantia sunt. Mūdi motus: hoc est officiū physici naturaliſq; philosophi vt talia frutetur: & curioſę perspiciat.

Errores Planetæ vñ

Septem alia: planetas intelligit: qui ęratici sunt: quos Nigidius errores appellat ex qua planetę dicti: grece. n. πλανασθαι dicitur erro: & πλανητης erraticus: ac vagus. Altitudine: distātia: pythagoras vir sagacis animi: a terra ad lunā centum viginti milia stadiorum esse collegit: ab ea vsq; ad solem duplum: ad duodecim signa triplicatum. In qua sententia & gallus suspitius fuit veram incomperta hæc sunt & in extricabilia: & pęne dementis ocii est

UVA. BHSC. IyR_246

mundi ipſius mẽſuram deducere ad digitos: de altitudine aut humilitate planetarum inter ſe copioſius ſcriptum leges: apud Macrobium in ſomnium ſcipionis fontem indico. ex quo largam potionem haurire poſſis cum voles. Rata ſpacia ab inceſſus inquit Plinius vocamus errantia ſidera cũ errent nulla minus illis ſtatim enim ſunt & ordinatiſſimi motus: & ſpatia planetarum ſtantia: quorum vagi motus: rata tamẽ & certa ſui curſus ſpacia definiant. Horum nimirum aſpectus impulit illos veteres: & admonuit vt plura quærerent. Inde eſt indagatio nata initiorum tanquam ſeminum vnde eſſent omnia orta: generata concreta: quæq; cuiuſque per zodiacum ſtellæ errantes feruntur: luna per totam latitudinẽ zodiaci vagatur: ſed omnino non excedens cum mercurii ſtella. Ex duodenis partibus tot. n. ſunt ſigniferi latitudinis non amplius octonas pererrat: mars quattuor medias: ſaturnus duas vt ſol: iuppiter mediam partem: & ſuper eã duas: partes aut appello: vt Pli. & Martianus vt ſchola eruditorum: quos gradus nominant hoc amplius rata dicimus ſpatia curſus planetarum: cum Saturnus. xxx. annis circulum ſuum peragat iuppiter duodenis mars biennio: ſol annuo ſpatio Venus ſigniferi ambitum peragat trecẽtis & duodequinquagenis diebus. Mercurius nouem diebus ocior ſit. Luna vero quater ſeptenis diebus curriculam ſuum conficiat. Illos veteres: de his Ouidius: felices animæ: quibus hoc cognoſcere primum. Inq; domos ſuperas ſcãdere cura fuit. Nata initiorum: diſputatio apud philoſophos moroſa multiplex: diſcors: diu eſt agitata: q̃ ſit origo rerũ thales mileſius aquũ prĩcipũ rerũ oĩm eſſe dixit. Heraclitus ignẽ: magorũ ſacerdotes: equã & ignẽ Anaximenes aera. Anaximãder: Democritus infinitũ dixerunt eſſe vniuerſũ quoniã a nullo creatũ: imutabile eſſe: eorũ vero que nõ gignũtur nullum exiſtere principium. Epicurus atomos. Pythagoras: Empedocles: Epicharmus: aliiq; phyſici principia quattuor elementa poſuerunt. Plato deum factitatorem mundi eſſe autumat. Ariſtoteles. Plinius. Pythagoras: mundum infactum: & innatum: neq; interiturum vnquam crediderunt: ſed hęc & id genus alia: cum nichil conducentia ſint ad bene beateq; viuendum: merito improbata ſunt a ſocrate & de talibus Hieremias ſenſiſſe videtur cum ait infatuatus eſt homo a ſcientia ſua. Itaq; cum his occupari infructuoſum negocium ſit: ad illa magis intendamus animum: quæ conducibiliora ſunt: pertinentq; ad explicationem tuſculanarum: & veſtigationem vitæ beatæ: ſemper qua præſens commentatio peruagatur. Vel inanimi: carentis anima: Inanima enim dicimus quæ ſine anima ſunt libro ſecundo de officiis: quæ ad hominum vitam tuendam pertinent: partim ſunt inanima: vt aurum argumentũ. Vel loquentis origo. Virgilius. Vnde hominum genus & pecudes. Varia eſt autem circa hoc opinio philoſophorũ. alii. n. de humore dicunt: alii de igne: alii de atomis: alii de quattuor elementis dicunt eſſe originem hominum & cæterarum animantium: quidam homines ſemper fuiſſe tradunt: nec eorum generi caput exordiumq; vllum extitiſſe arbitrantur: que ſententia auctores

Interualla Planetarũ. Stati motus ſtellarum. Motus per zodiacum. Partes gradus. Quot ãnis peragrãt circulũ planete

De origine rerum varia Thales. Heraclitus. Anaximenes. Anaximander. Democrit⁹. Elemẽta prĩcipia. Mundus innatus infactus. Hieremias.

Inanima.

De origine animãtium Hoĩes ſemper fuiſſe.

UVA. BHSC. IyR_246

